DE ECCLESIA CHRISTI

TOMUS SECUNDUS

De habitudine Ecclesiae ad civilem societatem

TRACTATOS

ECCLESIA CHRISTI

SIVE

CONTINUATIO THEOLOGIAE DE VERBO INCARNATO

AUCTORE

LUDOVICO BILLOT S. J.

TOMUS SECUNDUS

De habitudine Ecclesiae ad civilem societatem

PRATI

EX OFFICINA LIBRARIA GIACHETTI, FILII ET SCO.

1910

«r - 3 i«-s

| | 51 ‹D

PROOEMIUM

Verba Danielis ad Nabucliodonosor, cum postquam somnii eius relationem simul et interpretationem pollicitus esset, introductus ad regem, ait: *Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, arioli et aruspices nequeunt indicare regi. Sed est Deus in coelo revelans mysteria, qui indicavit tibi, rex Nabuchodonosor, quae ventura sunt in novissimis temporibus. Somnium tuum et visiones capitis tui in cubili tuo liuiuscemodi sunt. Tu rex cogitare coepisti in strato tuo, quid esset futurum post haec, et qui revelat mysteria ostendit tibi quae ventura sunt.... Tu rex videbas, et ecce quasi statua una grandis.... Huius statuae caput ex auro optimo erat, pectus autem et brachia de argento, porro venter et femora ex aere. Tibiae autem ferreae, pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis.... Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus, et comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes, argentum et aurum, et redacta quasi in favillam aestivae areae, quae rapta sunt vento. Lapis autem qui per-*

cusscrat statuam, factus est mons magnus, et implevit universam terram. Hoc est somnium. Interpretationem quoque eius dicemus coram te, rex. Tu rex regum es, et Deus coeli regnum et fortitudinem et imperium et gloriam dedit tibi, et sub ditione tua universa constituit. Tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliud minus te argenteum; et regnum tertium aliud aeneum, quod imperabit universae terrae. Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit et domat omnia, sic comminuet et conteret omnia haec. Porro quia vidisti digitos pedum ex parte ferreos et ex parte fictiles, ex parte regnum erit solidum, et ex parte contritum.... In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus coeli regnum quod in aeternum non dissipabitur, et regnum eius alteri populo non tradetur; comminuet autem et consumet universa regna haec, et ipsum stabit in aeternum, secundum quod vidisti quod de monte abscissus est lapis sine manibus, et comminuit testam et ferrum et aes et argentum et aurum. Deus magnus ostendit regi quae ventura sunt postea, et verum est somnium, et fidelis interpretatio eius.

Hucusque Daniel prophetico spiritu complectens omnem seriem saeculorum, vicissitudinesque politicas quae in mundo superventurae erant ita describens, ut non tam vatem futura praedicentem audire crederes, quam historicum praeterita narrantem, seu ea quae ex monumentis accepit superiorum aetatum, fideli relatione sub compendio referentem. Et

plura sunt in hoc vaticinio omni admodum attentione digna.

Primum est successio quatuor imperiorum, per caput statuae aureum, pectus argenteum, ventrem aeneum, et tibias ferreas cum pedibus partira ferreis et partim fictilibus, designatorum. Sunt autem quatuor ingentes monarchiae quae a temporibus Danielis, una post alteram in mundo civili eminuerunt: Chaldaeorum, Persarum, Graecorum, postremo Pomanorum. Nec opus ibi est longa et operosa expositione, siquidem sole clariora sunt in hac parte historiae documenta. *Tu es,* inquit, *caput aureum.* Per quod ostenditur primum regnum Babylonicum, quod revera in Nabuchodonosore II jam attigerat summum splendoris et potentiae. Unde auro pretioso comparatur, cum nihil opulentius Babylone fuerit, nihil magnificentius. Vide Isai. XIV-4, seq. fierem. LI per totum; Dan. IV-17, seq., etc. *Et post te consurget regnum aliud minus te argenteum:* Medorum scilicet atque Persarum, fundatum a Cyro, quando abductis a cursu suo aquis Euphratis, ingens illa Babylon quae confidebat in altitudine turrium et potentia munitionum suarum, una nocte capta est, et ultimus eius rex Balthasar interfectus. Porro imperium Persarum, etsi vastum et potens et dives, non tamen aequavit in splendore, et praesertim in duratione, imperium *A*ssyro-Babylonicum. Unde argenti habet similitudinem, quod auro utique comparatum, minus invenitur. *Et regnum tertium aeneum quod impera-*

BQT
.05

bit universae terrae〉 Alexandrum significat, et regnum Macedonum, successorumque Alexandri. Quod recte aeneum dicitur, observat Hieronymus, quia inter omnia metalla aes vocalius est, et tinnit clarius, et sonitus eius longe lateque diffunditur, ut non solum famam et potentiam regni, sed et eloquentiam graeci sermonis ostenderet. *Et regnum quartum erit veluti ferrum;* ferrum, inquam, comminuens ac domans omnia, quod absque contradictione ad Romanum imperium applicatur. Et bene quidem extremitates eius in pedibus et digitis pedum, ex parte ferreae et ex parte fictiles describuntur, quia sicut in principio nihil Romano imperio fortius et durius fuit, ita in fine nihil imbecillius, quando et in bellis civilibus, et adversum diversas nationes, aliarum gentium barbararum indigebat auxilio (1). Haec igitur de successione quatuor imperiorum perspicua et manifesta omnino sunt.

At nunc ulterius considera quomodo quatuor illa regna in mystico somnio figurata, etsi singula a singulis distincta, suisque propriis notis signata, adhuc tamen eiusdem prorsus ordinis sunt, et in tantum quidem, ut sub imagine partium unius statuae, uniusque colossi inter se copulentur. Quod etiam infra, in capite septimo eiusdem prophetiae per aliam similitudinem inculcatum invenimus, ubi haec ipsa imperia, prius per caput aureum, pectus argenteum,

(1) Ilicron. in Daniel, c. 2.

ventrem aeneum, tibiasque ferreas colossi designata, iam recensentur sub communi symbolo ferocium bestiarum : dum primum assimilatur leaenae, secundum urso, tertium pardo, quartum alteri bestiae innominatae, sed ferocitate caeteras tres superanti. *Videbam,* inquit, *in visione mea nocte, et ecce quatuor venti coeli pugnabant in mari magno, et quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diversae inter se.* Sciscitanti autem Danieli ab angelo interpretationem visionis, responsum ei est : *Hae quatitor bestiae magnae, quatuor sunt regna quae consurgent de terra,* i. e. de mundo figurato per mare, in quo undae sunt populi, tempestates vero sunt politicae revolutiones. Et nota ordinem, ait Hieronymus : Qui in imagine caput aureum dicebatur, hic leaena appellatur. Nam : *Prima* (bestia) *quasi leaena, et alas habebat aquilae,* idque ad designandum regni Babylonici saevitiam, crudelitatem, rapacitatem et superbiam. *Et ecce bestia alia similis urso.* Ipsa est quae in visione statuae per pectus argenteum figurabatur. Re enim vera, ursus non habet maiestatem leoninam, et inferioris gradus est inter bestias. Accedit quod non praedatur sicut leo, at provocatus, fit terribilis : sic Medi et Persae, teste Xenophonte tranquilli habitabant suos abruptos montes ; sed quando rex Assyrius venit provocare eos, coeperunt exhinc insurgere terribiliter. Bene igitur, haec et alia quae praetereo, secundum regnum signant. *Post haec aspiciebam, et ecce alia* (bestia) *quasi pardus.* Tertium

regnum est Macedonum seu Graecorum, de quo in statua legimus quod venter et femora erant ex aere. Et iam comparatur pardo, bestiae velocissimae, quae praeceps fertur ad sanguinem, et saltu in mortem ruit, inquit Hieronymus. Nihil enim Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico et Adriatico mari usque ad Indicum Oceanum et Gangen fluvium, non tam praeliis quam victoriis percurrit, et in sex annis partem Europae et omnem sibi Asiam subiugavit. *Post haec aspicebam, et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis, cientes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans ; dissimilis autem erat caeleris bestiis quas videram ante eam, et habebat cornua decem.* Haec Roma pagana est, quae in statua per tibias ferreas designata, nunc ostenditur quasi devorans universam terram. Dissimilis utique praecedentibus, quia primo sub regibus, deinde sub tribunis, postea sub dictatoribus, sub imperatoribus constituta, Roma devorando alia, suum faciebat quidquid vigoris in eis erat, sed nulli intérim assimilabatur, nisi quod non solum non mansuefiebat, imo vero, crudeli instinctu feras caeteras longe superabat. Et ideo Hieronymus : « Satis miror, inquit, quod cum « supra, leaenam et ursum et pardum in tribus re- « gnis posuerit, Romanum imperium nulli bestiae « comparant : nisi forte ut formidolosam faceret be- « stiam. vocabulum tacuit, ut quidquid ferocius co- « gitaverimus in bestiis, hoc Romanos intelligamus ».

Sic igitur quatuor illa grandia regna in statua et bestiis expressa, sunt in summa, una eademque res: civilizatio scilicet antiqua, in qua etsi diversae gentes, una post aliam, dominatione potitae sint, semper tamen durabat, ad substantiam quod attinet, idem status rerum, idemque politiae modus sub saeva et tyrannica lege principis tenebrarum, qui et princeps huius mundi in evangelio appellatur. Et hac de causa, omnia regna haec non solum dicuntur *surgere de terra,* eo quod politica erant, ac per hoc, ad terrenam vitam moderandam gubernandamque ordinata; verum etiam saeviorum ferarum similitudine pariter donantur, eo quod pagana erant, et ut talia, non informata spiritu verae religionis, sed spiritu bestiali falsi cultus daemonum: impietatis scilicet, egoismi, crudelitatis, luxuriae, impudicitiae, superbiae, avaritiae, et si quid aliud, iuxta Apostolum, in idolorum servitute comprehenditur. Contemplare ergo ingentem colossum cuius apparitio conterruerat spiritum ipsiusmet Nabuchodonosoris: *Tu rex videbas, et ecce statua una grandis. Statua illa magna, et statura sublimis stabat contra te, et intuitus eius erat terribilis.*

Sed ecce colossus in eo erat ut contereretur, quinto iam adventante imperio quod in fine praecedentium omnium regnorum annuntiabatur suscitandum. Ecce ipsum vides, ipsum intueris sub typo lapidis de monte praecisi sine manibus, qui percutit statuam, et contritis pariter ferro, testa, aere, argento et auro.

iisque redactis in favillam aestivae areae quae vento rapitur, fit mons magnus et implet universam terram. Et numquid ista non admiramur verificata? non cernimus impleta? Interroga ordinem eventuum qui fuerunt maxime conspicui in historia universali. Interroga monumenta quae faciem terrae sub fine Romani imperii ubique renovatam testantur. Interroga vel sola temporum nomina, annorumque numeros in chronologia quae dudum in toto orbe civili viget. Interroga haec omnia, si non lingua sua signant, si non digito tibi ostendunt praecisum aliquod temporis punctum in quo novus ab integro saeculorum natus est ordo: illud dico praecisum punctum, quod non est fundatio Romae, non Olympiadum institutio, non annus primus regni Nabuchodonosor vel Cyri regis Persarum, sed illud ipsum quod praefixum erat in prophetia, quando sine manibus de monte abscissus est lapis ille percussor. « Quid est mons unde praecisus est lapis sine ma-
« nibus? Regnum ludaeorum: primo quod colebant
« unum Deum. Inde praecisus est lapis Dominus
« noster lesus Christus.... Confregit omnia regna
« terrae. Quae erant regna terrae? Regna idolorum,
« regna daemoniorum fracta sunt. Regnabat Satur-
« nius in multis hominibus. Ubi est regnum eius?
« Regnabat Mercurius in multis hominibus: ubi est
« regnum eius? Fractum est, redacti sunt illi in re-
« gnum Christi, in quibus ille regnabat.... Lapis ille
« fregit omnia regna terrarum, lapis praecisus de

« monte sine manibus. Quid est praecisus de monte « sine manibus ? Natus de gente ludaeorum sine « opere hominum. Omnes enim qui nascuntur, de « opere maritali nascuntur : ille de Virgine natus, « sine manibus natus est.... Crevit et crescendo fre- « git omnia regna terrarum. Factus est autem mons « magnus, et implevit universam faciem terrae » (1).

At nunc natura huius novi imperii, necnon et habitudo eius ad quatuor priora, pressius consideranda est. Et primo quidem, naturam eius diversam prorsus esse ab illa praecedentium, non est cur multis 'comprobemus. Certe, cum praecedentibus non continuatur ut pars statuae quam constituunt, sed extra et supra omnem eorum ordinem est. De aliis dicitur quod *surgent de terra;* de isto dicitur quod *Deus coeli suscitabit illud.* Alia, utpote terrena, in favillam redigenda quae vento rapitur. Istud, utpote coeleste, *in aeternum non dissipabitur,* et rursus : *consumet universa regna diaec, et ipsum stabit in aeternum.* Alia vi et armis fundata, ferarum habent similitudinem. Istud, cui nomen *regnum sanctorum Dei altissimi,* non violentia constituendum, non manibus et';virtute hominum, sed sola virtute coelesti praevaliturum, colossum percutiet et teget universam terram. Quod qua demum ratione contigerit, notius sane est quam ut debeat dici. Equidem ad tantae plenitudinem victoriae, fuso sanguine opus

(1) August. *Enarr.* in Psalm. 98, in fine.

fuit per tria longa saecula, sed solo sanguine martyrum. donec « Constantinus piissimus imperator « rompublicam a perversis idolorum cultibus revo- « cans, omnipotenti Domino lesu Christo se subdi- « dit, et cum subiectis populis tota ad Deum mente ⟨ convertit » (1\ Est ergo regnum istud, regnum spirituale, supernaturale, tam fine quam origine coeleste. Est regnum Christi in magna illa Ecclesia catholica, de cuius constitutione, potestate, hierarchia, et intima indole, in priori tomo nostra praecessit consideratio.

Verumtamen, ex hoc quod spirituale regnum est, non ideo ad purum ordinem religiosum restringitur. Alioquin, non esset cur diceretur succedere prioribus quatuor imperiis, quae profecto ordinis politici erant. Neque debuisset statua illa quae percussa destruitur, velut temporalibus regnis, sed magis velut variis religionibus variisque cultibus idololatricis conflata exhiberi. Quamquam non ea nunc successio cogitanda est, per quam ipsa politica potestas ad Ecclesiam fuisset transferenda ; nam regnum spirituale non habet pro fine temporalem vitam administrandam, et ideo penes ipsum formaliter esse non potest regimen saeculare. Similique modo, cum colossus ille ingens per mysticum lapidem de monte sine manibus abscissum percutiendus conterendusque ostenditur, non sic est accipiendum, quasi per-

(1) Grcg. Magn. l. 3, cpist. 66.

cuteretur in quantum repraesentans politicam gentilitatis potestatem praecise secundum se: nam politica potestas secundum se. ubicumque est. a Deo est, et regno eius non adversatur. Sed cogitanda est politica potestas, praecise secundum quod erat sine subordinatione ad veram religionem, imo cum subordinatione positiva ad diabolum, et ad idola eius et ad pompas eius, et ad omnem armaturam eius.

Sensus itaque prophetiae est, quod futurum erat ut destructa idololatria, agnitoque Christo Redemptore et legis gratiae auctore, Ecclesia Christi reordinaret gentes et nationes quoad ipsum ordinem politicum et civilem: non quidem absorbendo in se potestates saeculares, neque etiam directe eas sibi subordinando, sed tamen indirecte, pro quanto ratio spiritualis finis in iis quae ordinationem civilitatis spectant involvitur; atque hoc modo, verissimo et propriissime quodam sensu, contereret terrena imperia quae in paganismo praecesserant, eisque succederet, sese eis substituendo in suprema directione sociali. Et sic de facto contigisse conspicimus. Exhinc enim apud Christianos, ultima norma seu regula in civilibus non fuit amplius despotica voluntas tyranni, non lex Status omnipotentis atque omnivori, sed lex evangelica, et voluntas Dei per Ecclesiam manifestata. Ecclesia fuit auctrix et conservatrix novae civilitatis per suos episcopos, per sua concilia, et praesertim per suos summos pontifices, prout monumenta historiae in tota Europa disertissime te-

stantur (I). Et tunc comminuta sunt vere ferrum, testa, aes, argentum et aurum, redactaque in favillam aestivae areae quae vento rapitur, quando Caesares et Nabuchodonosores qui proprio numini populos sibi subiectos sacrificare cogebant, depositi sunt de sede, locum dantes principibus Christianis, quorum hic est in Carolo Magno titulus, haec velut definitio: *Carolus, gratia Dei rex, regnique Francorum rector, et devotus sanctae Ecclesiae defensor, atque adiutor in omnibus apostolicae Sedis* (2). lam Status cum Ecclesia intima unione coniungitur, imo se ei subesse, ei servire, ei famulari fideliter profitetur.

Haec igitur est unio et perquam necessaria subordinatio, de qua dicendum nunc venit, ad complementum tractatus de Ecclesia. Cum enim iam dictum sit de veritate catholicae Ecclesiae, tum absolute, tum comparative ad sectas quae christiano nomine utcumque gloriantur; deinde vero de intima eius constitutione quoad membra, potestatem, et hierarchiam: ultima tandem superest quaestio de habitudine eius ad Statum politicum, seu de principiis quae fundamento esse debent regularibus relationibus societatis temporalis cum societate spirituali divinitus fundata a D. N. I. C. Et centum iam anni sunt, ex quo principia ista coeperunt maxime obscu-

(1) Ita Liberatore, *La Chiesa e lo Stato,* cap. 1, a. 2, H 4.

(2) *Praefatio Capitularium Caroli Magni.* Migne, Toni. 97, col. 121.

rari, etiam apud multos catholicos. Unde factum est ut difficillime de eorum veritate convinci soleant ii quos educatio, quos consuetudo praesentis status rerum, quos opinio praedominans, et si dicere liceat, atmospliaera ambiens dogmatibus imbuit moderni liberalismi. Fidenter tamen dixerim, non esse spem fore ut nationes Christianae unquam reviviscant 'et refloreant in terra, nisi his ipsis restitutis principiis. Et si de eorum restitutione desperandum foret, signum esset non longe abesse ultimam catastrophen, conformiter ad ea quae habet Apostolus, 2 Thess. II-3. Verum non est undequaque desperandum, et plura, eaque non levia indicia sunt possibilis cuiusdam restaurationis. Nam, quod liberalismus claves mortis habeat pro vita quae nunc est, non secus ac pro futura, semper magis ac magis hisce nostris diebus inculcatur a sanioris indicii oeconomistis, politicis, et philosophis; crescentemque quotidie favorem obtinent ea quae proxime elapso saeculo, contra insana principia Revolutionis, summa illa ingenia, de Maistre, de Ronald, Ketteler, Veuillot, Le Play, Pie, Liberatore, etc., scripta reliquerunt. Et haec sunt via ad restaurationem ordinis socialis christiani; haec animos praeparant ad complementum operis Concilii Vaticani, a quadraginta fere annis suspensi et interrupti, ut sicut per solemnes eius definitiones error Gallicanus penitus confixus fuit, ita et per easdem, cum Deo placuerit, error liberalismi tam multiplici vulnere iam confossus, ultimo conficiatur.

De Ecclesia Chrisli.

Caeterum nostra disputatio ad tria principalia capita revocabitur. Primo de errore liberalismi in generali, et variis eius formis. Secundo de his quae errori opponuntur, id est, de debita unione Status et Ecclesiae, et subordinatione indirecta unius ad alteram. Tertio de his quae consequuntur ad subordinationem, praecipue vero de immunitate Ecclesiae respectu Status, et de officiis Status erga Ecclesiam.

QUAESTIO XVII.

DE ERRORE LIBERALISAI! ET VARIIS EIUS FORMIS

Liberalismus, secundum quod dicit errorem in materia fidei et religionis, doctrina est multiformis quae plus minusve emancipat hominem a Deo, et a lege eius, et a revelatione eius, et ex consequenti solvit civilem societatem ab omni dependentia a societate religiosa, hoc est ab Ecclesia quae legis divinitus revelatae custos est, et interpres, et magistra.

Liberalismum dixi, secundum quod importat errorem in materia fidei et religionis. Quia si rationem nominis consideres, facile perspicies quomodo non in iis solis quae spectant religionem et relationes ad Deum, viget aut vigere potest liberalismus. Equidem emancipatio a Deo finis fuit principaliter intentus. Convenerunt enim adversus Dominum et adversus Christum eius dicentes: *Dirumpamus vincula eorum, et proliciamus a nobis iugum ipsorum.* Sed ad hunc ipsum finem generale principium praestituerunt, quod limites ordinis religiosi praetergreditur, et omnes partes humani consortii pervadit ac penetrat. Principium autem est huiusmodi: Libertatem esse fundamentale hominis bonum, sanctum et inviolabile, cui attentare per coactionem nefas; adeoque, hanc ipsam irrestrictam libertatem poni debere tamquam immobilem petram supra quam omnia in humano convictu organizentur de facto, tamquam immobilem normam secundum quam omnia indicentur de iure: ut ea demum aequa et iusta

et bona dicatur societatis conditio, quae praefato inviolatae libertatis individualis principio assidet; iniqua et perversa, quae secus. Hoc est quod excogitaverunt promotores memorandae illius Revolutionis anni millesimi septingentesimi octogesimi noni, cuius amari fructus in toto fere mundo iam colliguntur. Hoc est quod in *declaratione iurium hominis,* initium tenet, et medium, et finem. Hoc est quod ideologis illis instar basis fuit ad reaedificationem societatis ab imis fundamentis, in ordine tum politico, tum oeconomico, tum domestico, tum praesertim morali et religioso.

Operae igitur pretium erit instituere per prius crisim generalis principii liberalismi, tam secundum se, quam secundum multiplices quas in omni ordine rerum habet applicationes. Ex quo deinde facilior patebit accessus ad specialem considerationem de iis circa quae praesens versatur disputatio, videlicet de libéralisme religioso et variis eius formis, prout supra in titulo quaestionis praefixum est.

ARTICULUS PRIMUS

DE FUNDAMENTALI PRINCIPIO LIBERALISMI. ET MULTIPLICIBUS APPLICATIONIBUS EIUS

Libertas quae nunc in quaestionem venit, non illa praecise est de qua tractant metaphysici, scilicet facultas liberi arbitrii, consistens in dominio quo voluntas gaudet super actus suos, id est in activa indifferentia qua velle potest vel non velle, velle hoc vel eius oppositum. De hac libertate quae a necessitate intrinseca est, quae conscientiae obligationes secum trahit, quae nos moralis legis servandae debitores facit, liberalismus non curat, et in tantum non curat, ut plerique eius asseclae puri materialistae sint, non agnoscentes in homine plus quam principia spontanei motus secundum instinctum et determinationem naturae. In omni autem modo, admittant vel non admittant liberum arbitrium proprio et metaphysico sensu acceptum, non in eo qua tali suum idolum ponunt, sed in facultate utendi activitate propria, quaecumque illa sit, absque exteriori coercitivo autonomam eius expansionem impediente. Est itaque libertas ista, libertas ab omni coactione; et non solum a coactione simpliciter, quae est per violentiam, et ex consequenti, in solos actus externos cadere potest, verum etiam a coactione secundum quid, quae est per metum et timorem legum, per intimationem poenarum, per sociales dependentias et necessitudines, uno demum verbo, per ligamina cuiusvis generis quibus prohibetur homo quominus secundum suam propriam individualem inclinationem in omnibus agat vel agere possit. Talem libertatem dixerunt bonum per antonomasiam, cui cedere debent omnia, iis tantum forsitan exceptis quae pro ordine pure materiali in republica requiruntur ; bonum excellens ad quod sartum

tectumque servandum caetera subordinanda sunt; quodque omni sociali constructioni, si modo ad normam boni et aequi exigatur, fundamento sit necesse est. De hoc igitur fundamento, de lioc primo liberalismi principio quale indicium ferendum sit, paucis iam determinare oportebit.

§ 1.

Quod fundanieiitale Uberalismi prhicipigun est iu se absurdum, et contra naturam, et cliiniaericuin.

Absurdum dico a primo initio, pro quanto bonum hominis principale situm esse vult in carentia omnis vinculi qualitercumque coercentis aut restringentis libertatem. Etenim bonum hominis nonnisi dupliciter intelligitur: aut se habet ut finis, aut se habet ut medium ad finem. Quo iam in loco collocabis, quaeso, libertatem? Non in priori, puto. Quia quidquid in ratione finis assignare placuerit, id saltem procul dubio mihi concedes, quod libertas nequit esse finis ipse. Dicit enim quamdam operandi potentiam seu facultatem, et omnis potentia seu facultas est propter aliud, ad minus propter operationem, quae rursus, dum hic vivimus, in prosecutione alicuius boni seu veri seu apparentis tota consistit. Manifestissime ergo dicendum relinquitur, libertatem se tenere ex parte eorum quae sunt ad finem, et ideo videndum quid de bonis quae sunt ad finem, vel ipse vulgaris et communis sensus nos edoceat. Ista distinguit Augustinus in tres categorias, nimirum in bona summa, media, et minima: idque ratione evidenti et perquam perspicua. Summa bona esse ait, quibus nemo male utitur. Media et minima, quae tam boni quam mali usus esse possunt, hoc solo discrimine, quod media bona adhuc ad bonam vitam requiruntur, minima vero nullo modo. « Virtutes igitur, inquit, quibus recte vivitur, magna « bona sunt; species autem quorumlibet corporum, sine qui-

« bus recte vivi potest, minima bona sunt; potentiae vero « animi, sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt» (1). Ex quo iam liquet, liberum arbitrium nequaquam inter summa bona, sed inter media esse recensendum, quia si nulla laus, nulla honestas vitae absque libero arbitrio, nullum quoque genus est aut sceleris, aut flagitii, aut nocumenti tam proprii quam alieni, in quod pro malo usu praeceps non feratur. Ideo indiget libertas repagulis ne in praecipitia ruat, et quanto efficacioribus frenis in bono ad quod est per se ordinata continebitur, tanto etiam melior eius conditio erit. Quisquis autem hoc negat, fundamentali principio liberalismi assentiendo, is in alterutrum ex his duobus absurdis abire necesse habebit: aut impudenter affirmabit libertatem in praesenti vita indefectibilem; aut non verebitur asserere, bonum fore, imo optimum, si defectibili libertati expeditus per omnia *sui defectus usus* sancte et inviolabiliter custodiatur. In quo quidem, quid aliud quam summa dementia est?

Verum initia dementiae haec. Ulterior progressus in eo est quod addunt: bono libertatis individualis cuncta postponenda; proinde inimica et contraria perfectioni humanae ea esse omnia, quae libertatem individualem quavis ratione vel limitant vel impediunt: et quia ex necessitudinibus socialibus multiplices huic eidem libertati compedes oriri manifestum est, ideo idealem hominis rationem nonnisi in eo statu asocial! reperiri, in quo sola regnaret lex puri perfectique *individualismi.* Et haec revera fuit monstruosa conceptio Revolutionis et philosophorum eius, qui etiam, ut suas abstractas theorias utcumque firmare viderentur, imaginati sunt exsistentiam primitivae cuiusdam conditionis in qua extra societatem de facto homo fuit, huic suae inventioni accommodantes traditiones gentium de aurea aetate, de saturniis regnis, de paradiso innocentiae, etc. Quid enim, putas, ori-

(1) Aug. de lib. arb. l. 2, c. 19.

ginaln illa aurea aetas? Aetas absolutae libertatis, quae in Terream deinde magis magisque semper declinavit, quo magis magisque liomines in societatem coaluerunt. Videsne principium liberalismi sponte sua et necessitate ineluctabili desinens in ea quae contra naturam sunt? Si quid enim evidens, si paid manifestum, si quid luce etiam meridiana clarius, profecto, quod in societatem nascitur homo, quod natura socialis est homo, quod socialis status homini est lex vitae, quemadmodum vel sola corporeae exsistentiae necessitas nimis aperte icclarat: « Aliis enim animalibus natura praeparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, ungues, vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est, nullo horum sibi a natura praeparato, sed loco omnium data est ei ratio, per quam sibi haec omnia officio manuum posset praeparare, ad quae omnia praeparanda unus homo « non sufficit. Nam unus homo per se sufficientem vitam « transigere non posset. Est igitur homini naturale, quod in « societate multorum vivat. Amplius, aliis animalibus insita « est naturalis industria ad omnia ea quae sunt eis utilia vel « nociva, sicut ovis naturaliter aestimat lupum inimicum. « Quaedam etiam animalia ex naturali industria cognoscunt « aliquas herbas medicinales, et alia eorum vitae necessaria. « Homo autem, horum quae sunt suae vitae necessaria, naturalem cognitionem habet solum in communi, quasi eo per rationem valente ex universalibus principiis ad cognitionem « singulorum quae necessaria sunt humanae vitae, pervenire. « Non est autem possibile quod unus homo ad omnia huius- « modi per suam rationem pertingat. Est igitur necessarium « homini, quod in multitudine vivat, ut unus ab alio adiu- « vetur, et diversi diversis inveniendis per rationem occu- « parentur, puta unus in medicina, alius in hoc, alius in « alio.... etc. » (1). Sed somniantes sophistas nihil horum de-

(1) 8. Thoni. dc regim. prine. l. 1, c. 1.

terret. Vetat enim immobile principium, quod e iure naturae etiam ipsi eruere non verebuntur. Nam putant se aliquid dicere cum aiunt: Homo liber nascitur, ergo contra naturam est quidquid nativam hanc restringit libertatem. Sicut si dicerent: Homo nascitur nudus, ergo contra naturam est, quod vestimentis operiatur. At vero, etsi nascamur nudi, adhuc tamen vivimus vestiti, et non eousque, puto, quemquam pertrahet dementiae furor, ut dicat perfectionem naturae apud eas solas tribus permansisse, quae in Oceania vel Africa degunt tales quales e sinu matrum exierunt. Praeterea, quid quaeso, sibi hoc vult, hominem nasci liberum, nisi ipsum nasci sine impedimentis ad expansionem propriae activitatis? Et simili quoque libertate animalia et plantas natura donavit, ita tamen ut eis, quemadmodum paulo supra dictum est, statim ut nascuntur, tegumenta et munimenta et caetera necessaria providerit. Unde ex virtute naturae aestimativa, in sui exordio vitant contraria, et convenientia amant, nullo dirigente praevio. Non sic autem filii hominum, non sic. « Propter quod Dominus ostendit, in hoc lilia agri et « volucres coeli melioris esse conditionis quam homo, refe- « rendo indigentiam ad illum magnificum regem Salomonem « qui tam excellenter abundavit. *Respicite,* inquit, *volucres « coeli, quia non serunt neque metunt, neque congregant in « horrea. Considerate lilia agri, quoniam non laborant neque « nent.* Postea subdit: *Dico vobis, quod nec Salomon in omni « gloria sua coopertus est sicut unum ex istis;* quasi, maioris « fuerit indigentiae quantum ad victum et vestimenta ac « tegumenta, quam plantae et animalia » (1). Et vere sic est. Melioris conditionis forent bruta animalia quam homo, et incomparabiliter, si semel supponamus quod homo ex ipsa naturae institutione animal sociale sive politicum non est, et quod beneficio societatis compensari non debeat id quod in-

(1? 8. Tlioin. de regim. prine. 1. 4, e. 2.

dividuo qua tali natura negavit. Caeterum, serione agimus, an volumus iocari? Nam quod libertas cum qua nascuntur homines, nihil sit aliud, praetereaque nihil, quam libertas plenissima transeundi ex utero ad tumulum, nimis apertum manifestumque est. O insensati sophistae, quis vos ita dementavit, ut ad naturam continuo appellantes, contra naturam talia et tam enormia peccetis!

Sed si fundamentale liberalismi principium incipit ab absurdo, si in ea deinde progreditur quae evidentiori naturae intentioni contraria sunt, quid iam dicendum de chimaeris quas in re sociali, instar normae seu ideae dirigentis, praestituit ac praedefinit? Nam, velint nolint, necessitas nunc incumbit vivendi in societate, et faustum infaustumve sit, nullus iam regressus datur ad felicem illum statum primitivum in quo filius silvarum vivebat homo. De ea ergo constructione sollicitos eos esse oportuit, quae intactum relinqueret palladium libertatis, et duas res coniungeret quae videri forsitan potuissent incompossibiles, *indwidualismum* scilicet et *socialem organismum.* Et hic opus, hic labor. Sed nihil durum ideologis, nihil arduum iis qui construunt in aere. Ecce in promptu habet liberalismus exhibere tibi societatem ad regulam boni et aequi ideatam, eamque e sociali, ut vocant, contractu natam. Quia si societas nequaquam homini naturalis est, imo si positive est contra naturae intentionem, prout et in quantum opponitur impraescriptibilibus iuribus libertatis, non est unde aliquatenus legitimetur, nisi et a libertate ortum ducat, et ad supremum finem libertatis sartae tectaeque servandae, expresso consilio et data opera, artificialiter construatur. Pone igitur initiale pactum quo libere inter se conveniunt homines de communi convictu sub gubernio et lege communi. Pone praesertim tales pacti conditiones, quae et fini intento, et voluntati paciscentium ad amussim respondeant. Porro voluntas paciscentium non est renuntiandi libertati, sed solum iungendi simul suas indivi-

duales libertates, ut ex eis simul iunctis una totalis libertas habeatur. Libertas est quae sola quaeritur, quae sola in commune confertur, quia omnia sunt a libertate, per libertatem, et ad libertatem. Nihil ergo valere poterunt, socialiter loquendo, differentiae quae unum hominem ab alio discriminant, nihil dependentiae naturales vel historicae, nihil necessitudines familiales vel nationales, nihil diversitates ingeniorum, aptitudinum, educationis, culturae, iurium, quae acquisita vocantur, et si quae alia huiusmodi. Omnia enim haec materiae contractus socialis penitus extranea sunt. Nonnisi de libertate appositio est, et omnes ac singulos homines aequali libertate natura donavit. Proinde, omnes et singuli undequaque aequales in societatem veniant necesse est. Numera nunc individua, et totidem erunt aequalia suffragia: quae si unanimis sensus sint, nihil melius; si non sint, relinquitur numerica maioritas (dimidium -j- 1), quae exprimet voluntatem generalem, et exprimendo voluntatem generalem, exprimet quoque generalem libertatem. Ista est lex civitatis ad rigorosa principia philosophiae tandem aliquando reductae. Et non tibi videtur admirabile?

Verumtamen, non ita forsitan admirabile, ut in tantis philosophiae luminibus, plenam perfectamque chimaerae rationem non agnoscas. De ratione enim chimaerici systematis sunt potissimum duo: Quod realibus entibus non conveniat, et quod iis idealibus elementis componatur, quae nedum harmonice in finem intentum conspirent, vergant potius in eius destructionem atque interitum. Utrumque autem in systemate liberalismi facile est videre.

Et primo quidem, realibus hominibus in carne et ossibus exsistentibus systema hoc profecto non convenit. Omitto quod de ineunda societate humana per viam liberi pacti seu contractus, nullus unquam, nisi somnians philosophus cogitavit. Omitto quod absoluta societatis indigentia, eaque antevertens omnem possibilem usum libertatis, ei soli obscura

erit, qui forte esset delapsus e nubibus, quemque nascentem societas non excepisset, adolescentem non aluisset, viventem denique, omnis generis et primae necessitatis beneficiis prosecuta non fuisset. Quid quod ipsimet socialis contractus assertores testimonium in hoc reddunt veritati? nam quomodo liber societatis ingressus, si ipsis fatentibus, ad originalis libertatis statum nullus iam patet aditus? Sed haec omnia, si placet, praetermitte. Solum accipe elementum sociale quod nunc in basim systematis assumitur. Elementum hoc est homo individuus, et quidem spoliatus omnibus differentiis locorum, temporum, stirpium, nationalitatum: omnibus vinculis religiosis, familialibus, corporativis, politicis, ad hanc usque diem, consequenter ad evolutionem sive naturalem sive historicam vel creatis vel admissis. Homo est qui neque modernus est neque antiquus, neque occidentalis neque orientalis, neque pater neque filius, neque invenis neque senex: uno verbo, homo in omnibus individuis sibi semper idem, semper aequalis, habens, nec minus nec plus, facultatem ratiocinandi et libere agendi. Atqui homo iste do secundis intentionibus est; homo iste ens logicum est; homo iste sedem habet in arbore Porphyrii, in ordine realitatum non habet. Et si in ordine realitatum locum non habet, neque etiam habebit chimaericum systema quod ad usum eius confecerunt (1).

(1) « Appliquez le contrat social, si bon vous semble, mais no l'appli-
« qncz qu'aux hommes pour lesquels ou l'a fabriqué. Ce sont des hom-
« mes abstraits qui ne sont d'aucun siècle et d'aucun pays, pures eu-
« tités écloses sous la baguette métaphysique. En effet on les a formés
« en retranchant expressément toutes les différences, qui séparent un
« homme d'un- antre, un Français d'un Papou, un Anglais moderne
« d'un Breton contemporain de César, et l'on n'a gardé que la portion
« commune. On a obtenu ainsi un résidu prodigieusement mince, un
« extrait infiniment écourté do la nature humaine, c'est-à-dire, suivant
« la définition du temps, un être qui a le désir du bonheur, et la fa-

Verum, chimaerica systematis indoles adhuc magis sese prodit in hoc, quod in-finem libertatis sartae tectaeque servandae constructum, toto se vergit in libertatis destructionem et interitum. Quod vel prima fronte evidenter apparebit quantum ad minoritates, quae tyrannicae dictaturae praevalentis numeri, sine defensione ulla, ulloque possibili recursu permittuntur. Et tamen eiusmodi esse debebat idealis illa societas, quae ita in unum colligeret libertates individuales, ut singulus quisque, obtemperando legi, obtemperaret suae ipsius voluntati in lege et per legem repraesentatae ! Imo, non solum quantum ad minoritates, sed et quantum ad maioritates ipsas hoc idem primo pariter intuitu apparebit. Quia

« culté de raisonner, rien de plus et rien de moins. On a taillé sur ce patron « plusieurs millions d'êtres absolument semblables entre eux; puis, par « une simplification aussi énorme que la première, on les a supposés tous « indépendants, tous égaux, sans passé, sans parents, sans engagements, « sans traditions, sans habitudes, comme autant d'unités arithmétiques, « toutes séparables, toutes équivalentes, et l'on a imaginé que rassem- « blés pour la première fois, ils traitaient ensemble pour la première « fois. De la nature qu'on leur a supposée, et de la situation qu'on « leur a faite, on n'a pas eu de peine à déduire leurs intérêts, leurs vo- « lontés, et leur contrat. Mais de ce que le contrat leur convient, il ne « s'en suit pas qu'il convienne à d'autres. Au contraire, il s'en suit « qu'il ne convient pas à d'autres, et la disconvenance sera extrême si « ou l'impose à un peuple vivant ; car elle aura pour mesure l'immen- « sité de la distance qui sépare une abstraction creuse, un fantôme phi- « losophique, un simulacre vide et sans substance, de l'homme réel et « complet. » (Taine, la Révolution, Tom. 1,1. 2, c. 2).

« La constitution de 1795, tout comme ses aînées, est faite pour *Vhomme.* « Or il n'y a point *d'homme* dans le monde. J'ai vu dans ma vie des « Français, des Italiens, des Russes, etc., mais quant à *l'homme,* je dé- « clare ne l'avoir rencontré de ma vie ; s'il existe, c'est bien à mon « insu.... Mais une constitution qui est faite pour toutes les nations, «n'est faite pour aucune; c'est une pure abstraction, une œuvre scola- « stique faite pour exercer l'esprit d'après une hypothèse idéale, et qu'il « faut adresser à *l'homme,* dans les espaces imaginaires qu'il habite. » (**de Maistre,** Considérations sur la France, c. 6).

maioritates, dum quantitate arithmetica praevalent, non ratione ut plurimum praestant, non sapientia, non autonome iudicio, non iis demum omnibus quae vere homines proprii sui iuris efficiunt. Et si quis in rebus humanis ex toto peregrinus non est, is de facili perspiciet quod multitudines huiusmodi, si forte ad legem faciendam admittantur, solent esse praeda agitatorum, violentorum, praepotentum, et ut uno verbo dicam, oligarchiarum quae ex individualisme natae, eas subiugant, eisque tamquam dominationis instrumentis utuntur in finem sui proprii interesse, propriaeque ambitionis. Unde a primo ad ultimum, illa adeo decantata libertas, vi systematis resolvitur in privilegium paucorum praepotentum, dum caeteros omnes, vel aperta oppressio manet, vel servitus velata sub mendaci apparentia emancipationis. Haec, inquam, conclusio est quam iam suppeditat summarium systematis examen. Ut autem pro rei gravitate manifestior atque evidentior fiat, utque simul magis ac magis pateat, quam perniciosum, qam noxium, quam mortiferum sit fundamentale liberalismi principium, in ordine etiam ad simplicem civilis vitae finem, oportet venire ad eius applicationes in particulari. Id quidem in propositione quae sequitur.

§ 2.

Quod principium liberalismi in suis applicationibus ad res bumanas, seeuin fert disgregationein et dissolutionem omnium socialium organorum, ubique inducens luctam pro vita, loco concordiae pro vita, quae sola lex vitae est. Et quod exstinguit omnes libertates reales, per constitutionem Status despotiei, absoluti, irresponsabilis, omnivori, eu» nullus in arbitrio et omnipotentia limes.

Prae primis notandum quod integrali perfectaeque applicationi principii chimaerici et antinaturalis locus utique non

est. Naturam enim expellas furca, usque redibit; neque erit unquam in potestate somniantium philosophorum, componere realem societatem ad amussim suarum idearum, eo modo quo habet potestatem figulus luti, ex una massa fingere ad libitum quodeumque vas. Nam sicut malum, si integrum et perfectum esset, ne seipsum quidem sustinere posset, sed seipsum destrueret: ita quoque omne systema contrarium naturae est in sua integritate importabile, adeoque in applicationem venire nequit, quin multiplicis generis causas inveniat quae obsistunt, et reagunt, et perniciosam vim principiorum ex parte elidunt. Non ergo aestimanda nocivitas liberalismi ex solis effectibus quos in re ipsa hactenus secutos conspicimus. Sed videndum quid applicatio systematis per se ferat, quid etiam mali de facto induxerit pro rata sui influxus, id est, pro maiori minorive latitudine quam ei reliquit minor maiorve resistentia, vel fidei religiosae, vel naturalis honestatis, vel etiam simplicis instinctus conservationis, secundum diversas locorum et personarum circumstantias.

Hac igitur observatione, ut par est, praemissa, per prius nunc considera quomodo applicatio fundamentalis principii liberalismi per se importat destructionem omnis minoris societatis, seu naturalis seu connaturalis, quae intra ambitum Status exsistens, sit a Statu distincta, aut saltem a Statu legem non accipiens. Id quidem ex iam dictis perquam manifestum a priori efficitur, et fit adhuc manifestius a posteriori, si ad legislationes te conferas, e libéralisme ortas, id est, ex principiis Revolutionis.

Primo, inquam, efficitur ex iam dictis manifestum. Liberalismus enim, totus quantus est, intendit emancipationi individui, cui sartum tectumque vult summum illud et principale hominis bonum, quod est libertas. Statuit praeterea quod emancipationi individui repugnat societas, societas organisâta, societas stabilibus vinculis legibusque formata, societas denique quae vere societatis nomen mereatur, illa una

et sola duutaxat excepta, quae ad normam principiorum *contractus socialis* esset constituta. Rursus, societas illa *contractus socialis* nonnisi ea est, quae individua colligit velut totidem unitates arithmeticas inter se penitus aequales, et a se invicem undequaque independentes, sub uno gubernio e summa individualium voluntatum emanato, quod nomine Status appellant. Consequens igitur est ut liberalismus in fatis habeat, aut negare seipsum, aut progredi versus dissolutionem omnis societatis a Statu distinctae, non consistendo unquam in nefando suo opere destructionis sive pulverizationis, donec regnet super monades perfecte disiunctas, et mere agglomeratas eo modo quo agglomerantur grana frumenti in acervo. Haec sunt profecto, ad quae logica ineluctabili principia systematis ducunt. Quomodo autem ab ordine idearum ad ordinem factorum traducta sint, et de die in diem traducantur, operae pretium est paucis declarare.

Prima omnium est societas a Deo ipso auctore naturae instituta, societas inter omnes benefica, anterior omni societati politicae, respondens intimioribus humani cordis affectibus, necnon et evidentioribus vitae tam moralis quam physicae necessitatibus; societatem dico domesticam sive familialem. Ipsa igitur, prima quoque omnium, adversos experietur ictus liberalismi, qui quantum in se est, omni modo, omni conatu, omni ope familiae destruendae ac de medio tollendae intendit, ut merito diceres quod legislatoribus Revolutionis, haec vere prostat delenda Carthago. Et destruit primo eam in suo fundamento. Nam fundamentum familiae est matrimonium, illudque indissolubile, per indivisam in finem usque viri et mulieris obligationem. Haec porro obligatio, quantum sit libertati et emancipationi individui contraria, omnes sane vel primo intuitu vident. Verumtamen sunt adhuc in mentibus hominum radicata praeiudicia, quae non sinunt ut citius in intenta reformatione procedatur. Itaque initium sumetur a reductione matrimonii ad conditionem meri contractus ci-

vilis, sola civilis legis auctoritate sanciti. A matrimonio deinde civili gradus fiet ad legale divortium, et non sine causa, quia quidquid legis civilis auctoritate ligatur, eiusdem quoque legis auctoritate solvi potest et rescindi. Denique a legali divortio sensim sine sensu nronus parabitur descensus ad concubitum vagum, in quo esse debet plenissima principiorum applicatio, et cum quo non maius relinquetur familiae vestigium, quam quod habetur apud bestias. Vides igitur quomodo liberalismus omni ope intendit familiae destruendae in suo primo fundamento. Intendit pariter eidem destruendae in sua auctoritate. Et primo quidem per leges a patrefamilias auferentes liberam dispositionem bonorum suorum, ut iam ei non liceat in suis filiis unum prae alio potiori parte donare, imo nec indignum exhaeredare. Deinde vero, et maxime, per leges instructionis publicae atque obligatoriae, quibus filiorum educatio aequivalenter parentibus praeripitur, et totum scholarum publicarum regimen ita civili auctoritati attribuitur, ut alii cuicumque auctoritati nullum recognoscatur ius immiscendi se in disciplina vel regimine studiorum, in delectu aut approbatione magistrorum. Et quid, quaeso, .potestati paternae residuum remanebit, quando eiusmodi legislatio ad ultimum suae evolutionis terminum veniens, ea quae usque nunc nonnisi in votis sunt, ad plenam exsecutionem perduxerit? Sed, si tot ac tantis dissolutionis causis familiam adhuc resistere contingat, ecce tandem tibi leges successorales quae iubent ut mortuo patre vel matre, bona aequaliter dividantur, et eat unusquisque per viam suam, dissipati patrimonii partem secum ferens. Unde familia iam fit associatio temporaria quam cito mors dissolvit, et dispergit ad quatuor ventos; tollitur cum stabilitate fundi, continuitas eius per temporum aetates: aufertur quoque perennitas exemplorum et traditionum, nec remanent nisi individui qui transeunt, et alii post alios evanescunt.

Sic igitur, ad familiae destructionem praecipuo ac veliementiori conatu intendit liberalismus, nec alia sane de causa, nisi quia ipsam videt, tum institutionis soliditate, tum influxus efficacia, nefandis suis finibus quam maxime obsistere. At ne existimes, alias minores societates invenire posse gratiam in oculis eius: quales exempli causa, illae sunt quas *corporationes* vocabant, utputa artificum, operariorum, et gerieratim hominum quos eiusdem artis exercitatio sub certis statutis et legibus inter se velut connaturaliter colligabat. Nullas enim tales compatitur individualismus contractus socialis. Sed cum essent istae facilioris destructionis, ideo eas uno decreto, una lege, una significatione praepotentis arbitrii, ab ipso sui exordio Revolutio in perpetuum abolitas voluit. Et praetextus semper idem: individui libertatem sartam tectamque esse servandam: liberum campum relinquendum aemulationi individualium libertatum; contra principium libertatis esse quidquid vel impedit vel minuit liberam commutationem quaesiti laboris et oblati stipendii, etc., etc- Frustra opponent sapientes oeconomistae id quod vel solus vulgaris et communis sensus statim dictat: libertatem illam individualem nullis unitarum virium praesidiis communitam, penitus esse inermem: non esse libertatem qua operarius laborare, acquirere, lucrari queat sicut vult, sed solum sicut potest, nec iam secundum legem humanam et iustam organizationis laboris, sed secundum legem mechanicam et fatalem effrenatae atque obruentis concurrentiae; non fore aequas partes inter eum qui laborem vendit, et eum qui laboris conditiones ac stipendium cogitur acceptare, quia venditor laboris potest inter multos eligere eos qui dira necessitate compulsi, in stipendium semper magis ac magis insufficiens adigentur consentire; libertatem ergo hanc ex parte operarii, brevi desinere in libertatem moriendi inedia, esse libertatem negativam, abstractam, imo subtractam; ex hac libertate oriri inhumanam luctam pro vita, et ingentem illam modernae

aetatis plagam proletariatus, id est, numerosae classis omni prorsus stabili proprietate privatae, et ad conditionem haereditariae cuiusdam inopiae miserandum in modum redactae, etc. (1). Frustra, inquam, tu vel alius quispiam boni ac recti indicii, liaec et alia oppones. Utquid enim ad aequitatem appellas? utquid ad iustae et beneficae iura libertatis? Haec praeter quaestionem sunt. Non quaeritur libertas cum addito, iusta vel non iusta, benefica vel non benefica. Quaeritur libertas propter se, libertas secundum quod ipsa, libertas in idea. Et haec idealis libertas non concedit ius civitatis nisi individualibus personis, quas, ne sibi invicem compedes afferant, omnis inter se cohaesionis expertes esse vult.

Manifestum itaque est, operam liberalismi in eo esse, ut dissolvat omnia ad unum organa socialia. Nam sicut organa corporis physici non sunt moleculae et atomi, sed artus et membra, ita quoque organa corporis socialis non sunt individua, sed familia et corporatio et civitas. Quae si semel in suo proprio organismo dearticulata supponantur, ipso facto omnes reales libertates funditus pereant necesse est. Et ratio est evidens, quia super monades disgregatas atque dissociatas quas individualismus induxit, nihil iam remanere potest nisi ingens ille colossus Status omnivori, qui destructa omni organizatione et autonomia inferiori, absorbet in se omnem vim, omnem potestatem, omne ius, omnem auctoritatem, fitque unicus administrator, procurator, institutor, praeceptor, educator et tutor, donec fiat unicus quoque proprietarius et

(1) « Le prolétariat, c. à. cl. la condition de la famille détachée de « tout bien, apparut (sons le droit révolutionnaire) comme une chose « normale, an lieu d'une monstruosité sociale. » La Tour-du-Lin, *Vers un ordre social chrétien.* — « L'existence d'une classe nombreuse privée « de toute propriété, et vivant en quelque sorte dans un état de dénue- « nient héréditaire, est un fait nouveau et accidentel. » Le Play, *Réf. soc.* t. 1.

possessor. Et quid aliud, quaeso, in lioc importatur quam monstruosa servitus? Dicit Apostolus quod haeres, quanto tempore parvulus est, nihil differt a servo, quia sub tutoribus et actoribus est usque ad tempus praefinitum a patre. At peius aliquid successit pupillo illi contractus socialis. Pupillus enim ille non est parvulus impubes, sed populus maturae aetatis; pupillus ille non ad tempus in ea conditione ponitur, in qua nihil differt a servo, sed indefinite et in perpetuum; pupillus ille non est sub tutore constituto a patre, sed sub hero cui nullus, quantum est ex vi systematis, in arbitrio et praepotentia limes. In ultima quippe analysi, resolvitur liberalismus Revolutionis in eam propositionem quae notatur in Syllabo sub n. 39: « Reipublicae Status, utpote omnium iurium origo « et fons, iure quodam pollet nullis circumscripto limitibus ».

Verum, quale tandem aenigma, quod systema sociale super libertatem, ad libertatem, et pro libertate constructum, *tam evidenter* ad despotismum et subtractionem omnis realis libertatis ducat? (1). Cuius novi generis mirum istud est, quod

(1) « Dans l'ordre politique, le libéralisme exprimé à la première « phrase du *Contrat social,* et au premier article de la *Déclaration des droits « de l'homme,* porte que l'homme naît libre. Le libéralisme veut dégager « l'individu humain de ses antécédences ou naturelles ou historiques. Il « l'affranchira des liens de famille, des lions corporatifs et de tous les autres « liens sociaux ou traditionnels. Seulement, comme il faut vivre en société « et que la société exige un gouvernement, le libéralisme établira le gou- « vernement de la société en accordant un suffrage a chaque liberté, « et en faisant le compte de ces souverains suffrages. La majorité ox- « primant ce que Rousseau appelle la volonté générale, exprimera ainsi « en quelque sorte une liberté générale. La volonté do la majorité de- « vient dès lors un décret-loi contre lequel personne ni rien ne saurait « avoir de recours, si utile et si raisonnable, ou si précieuse et si sacrée « que puisse être cette chose ou cette personne. La liberté-principe éta- « blit une règle qui ignore méthodiquement les forces et les libertés « particulières; elle se vante de créer toute seule la liberté do chacun; « mais en pratique, l'histoire le montre bien, cct individualisme allai-

doctrina politica in pura, ut volunt, philosophia fundata, dictaturam numeri, qua nihil magis antiphilosophiciun cogitatur, pro summa habeat auctoritate? (1). Et putas quod si

« b]it les individus. C'est son premier effet. Le second est de tyranni-
« scr, sans sortir du *droit,* tous les individus n'appartenant pas au parti
« de la majorité, et ainsi de détruire les derniers refuges des libertés
« réelles. »

« Dans l'ordre économique, la liberté-principe veut que la concurrence
« des libertés individuelles, d'où le bien doit sortir inévitablement, soit
« œuvre sacrée. Il n'y a qu'à laisser faire et à laisser passer. Le statut du
« travail doit donc être individuel. Autant par respect pour sa liberté pro-
« pre, que par vénération de la mécanique du inonde, l'ouvrier doit respecter
« les injonctions du décret de Chapelier, et s'interdire sévèrement toute
« association, corporation, fédération, tout syndicat d'ordre profession-
« ncl, do nature à troubler le libre jeu de l'offre et de la demande, le
« libre échange du salaire et du travail. Tant pis si le marchand de
« travail est un millionnaire, maître absolu du choix entre 10000 ouvriers:
«liberté! liberté! La liberté économique aboutit donc, par une dédu-
« etion rapide, à la célèbre liberté de mourir de faim. J'oserai l'appeler
« une liberté négative, abstraite; mieux, une liberté soustraite. Toute
« liberté réelle, toute liberté pratique, tout pouvoir libre et certain de
« conserver sa vie, de soutenir sa force, est refusé à l'ouvrier tant
« qu'on lui refuse la liberté d'association. Il a fallu le déclin des idées
« libérales pour obtenir, dans l'ordre économique, un certain degré de
« liberté d'association. Pour étendre cette liberté, pour l'étoffer, pour
« la nourrir, on devra écraser tout ce qui subsiste du libéralisme dans
« les esprits.... Il faut exclure tout libéralisme, ou renoncer à toute li-
« berté effective. » Malivras, *Libéralisme et Liberté,* p. 5, scq.

(1) « Il faut exclure le principe du gouvernement du nombre, parce-
« qu'il est absurde dans sa source, incompétent dans son exercice, per-
« nicieux dans ses effets.... Nous respectons trop le peuple pour aller
« lui dire : Il suffît de compter les voix des incompétents, pour résoudre
« les questions d'intérêt très général qui exigent de longues années d'étude,
« de pratique ou de méditation. Il suffît de recueillir et d'additionner
« les suffrages des premiers venus pour réussir les choix les plus déli-
« cats.... Le gouvernement du nombre tend à la désorganisation du
« pays. Il détruit par nécessité tout ce qui le tempère, tout ce qui dif-
« fère de soi: religion, famille, traditions, classes, organisation de tout
« genre, etc. » Id. ibid. p. 9, seq.

sola ibi in causa esset, aut civilis libertas, aut Platonica philosophia, haec doctrina seu systema ad tantum fortunae fastigium unquam pervenisset? Sed utique, aliud in causa erat, aliud in causa usque nunc manet. Quid autem illud sit, statim declarandum est.

§ 3-

Quod principium liberalissni est essentialiter antireligiosum, cornua indepemlentiae directe erigens adversus Deunh Et cguod ad tinem tollendi de inundo Dei cultum, Vei religionem, Vei legem, imo et notionem, omnia quaecumque sub fallaci praetextu libertatis in ordine seu politico seu oeconomico seu domestico attentavit, re ipsa dirig*untnr«

Essentialem antireligiositatem seu impietatem principii liberalismi evidenter videbit quisquis animo perpendet, ipsum esse proprium principium magnae illius *Revolutionis,* de qua cum veritate dictum est quod characterem habet satanicum adeo expressum, adeo visibilem, ut exinde ab omni eo quod cunctis retro temporibus visum fuerat unquam, distinguatur (1).

Equidem impietas nunquam defuit in mundo, et semper scelus fuit impietas; at non semper fuit cum eadem indole, cum eadem intensitate, cum eadem praesertim organisatione. Apud antiquos generatim impietas sat pacate procedit: discurrit nimirum, disputat, cavillatur, irridet, sed acrimonia caret. Ipse Lucretius vix ad convicia et maledicta assurgit, etiam quando religionem traducit ut fecundam malorum pa-

(1) «La révolution française ne ressemble à rien de ce qu'on a vu « dans les temps passés. Elle est *satanique* dans son essence ». **De Maistre,** *du Pape,* discours préliminaire. — « Il y a dans la révolution « française un caractère satanique qui la distingue de tout ce qu'on a « vu et peut-être do tout ce qu'on verra. » Id. *Considérations sur la Prance,* c. 5.

rentem. Quippe, non ea tunc erat religio, quae coaevae incredulitatis iram et furorem mereretur excitare. Cum autem praedicari coepit Evangelium, pugna contra religionem coepit quoque invalescere. Et tamen adhuc modus fuit et mensura, nam persecutores pagani, nedum sub vexillo formalis irreligiositatis militarent, tanquam atheos potius, et avitae religionis eversores christianos insectabantur. Sequioribus deinde saeculis, si qui impietatis antesignani compareant, rari sunt admodum, et segregati, non foedere inito adunati, non praesertim, furiis quas vidimus nos, agitati. Unde et qui pro patre modernae incredulitatis haberi potest, Petrus Bayle, in peioribus etiam suorum operum partibus, longe adhuc a suis succedaneis distat, adeo parum incensus videtur desiderio persuadendi, faciendique proselytos: dubitans magis quam negans, dicens pro simul et contra, a tono acrimoniae abstinens, quasi a studio partium alienus. Sed saeculo tandem decimo octavo, impietas in veram formidabilemque potentiam excrescit. Tunc primum revelatur proprius nostris temporibus impietatis character, impietatis furor, et si dicere liceat, ad purum excoctus impietatis succus. Non iam frigida scepticismi indifferentia, non imperturbata adversus anodynos errores increduli ironia, sed inexpiabile odium, ira excandescens, rabies exaestuans. Religionem vehit capitalem inimicum prosequuntur, et qui *philosophorum* nomine veniunt, ab odio christianismi ad odium personale contra divinum eius auctorem assurgunt. Re enim vera, genere quodam nequitiae quae supra naturam humanam esse videretur, ipsam lesu Christi personam eo loco habent, quo haberi potest personalis inimicus vivens. Tunc etiam, conspiratione facta, viribusque unitis, « *infamem* » de mundo delere iurant; iurant eradere de terra, ut nomen eius non memoretur amplius. Tunc directe contra Deum insurgunt, dicentes: *Recede a nobis: Scientiam viarum tuarum nolumus, et quis est Omnipotens ut ser-*

viamus ei? (1). At nunc, quis a multo iam tempore esset status rerum in Europa, considerandum venit. Religio nimirum totum corpus sociale a planta pedis ad verticem capitis intime pervaserat. Cum enim a christianismo omnis apud nos civilizatio ortum duceret, et religionis ministri ubique obtinuissent conspicuum et praegrandem in statu politico locum, hinc factum fuerat ut ubique etiam, institutiones civiles et religiosae miro modo compenetratae invenirentur. Nam et de omnibus Europae statibus plus minusve cum veritate dici potuisset quod de regno Franciae pronuntiavit anglus historicus : hoc regnum per episcopos fuisse constructum, sicut per apes construitur alveare. Iam ergo ratio aperitur cur apud impios Revolutionis promotores rabies antireligiosa, necessaria quadam consequentia secum traxerit odium socialium institutionum, utpote quae tales essent a quibus principium religiosum omnino non poterat separari. Antiquum aedilicium cui construendo natura simul et religio amico foedere iuncta adiaboraverant, summopere displicuit. Unde et solo aequandum, funditusque destruendum esse decreverunt, ut locus daretur novo ordini sociali et politico, qui esset idoneus primo et principali scopo destruendi omnem religionem (2).

(1) lob. XXI-14.

(2) « Ce ne fut que dans la première moitié du dix-huitième siècle « que U impiété devint réellement une puissance. On la voit d'abord « s'étendre de toutes parts avec une activité inconcevable. Du palais h « la cabane, elle se glisse partout, elle infeste tout ; elle a des chemins « invisibles, une action cachée, mais infaillible, telle que l'observateur le « plus attentif, témoin de l'effet, ne sait pas toujours découvrir les moyens. « Par un prestige inconcevable, elle se fait aimer de ceux mêmes dont « elle est la plus mortelle ennemie, et l'autorité qu'elle est sur le point « d'immoler, l'embrasse stupidement avant de recevoir le coup. Bientôt « un simple système devient une association formelle, qui, par une gra- « dation rapide, se change en complot, et enfin en une grande conju- « ration qui couvre l'Europe. Alors se montre pour la première fois ce

Huius porro novi ordinis socialis instaurandi praetextus fuit libertas: codex, contractus socialis; medium, demagogia:

« caractère de l'impiété qui n'appartient qu'au dix-huitième siècle. Ce « n'est plus le ton froid de l'indifférence, ou tout au plus l'ironie ma- « ligne du scepticisme, c'est une haine mortelle, c'est le ton do la colère « et souvent do la rage. Les écrivains de cotte époque, du moins les pins « marquants, ne traitent plus le christianisme comme une erreur humaine « sans conséquence, ils le poursuivent comme un ennemi capital, ils le «combattent à outrance; c'est une guerre à mort, et ce qui paraîtrait « incroyable si nous n'eu avions les tristes prouves sous les yeux, c'est « que plusieurs de ces hommes qui s'appelaient *philosophes,* s'élevèrent de « la haine du christianisme jusqu'à la haine personnelle contre son divin « auteur. Ils le haïrent réellement comme on peut haïr un ennemi vi- « vaut.... Cependant l'Europe entière ayant été civilisée par le chri- « stianismo, et les ministres de cette religion ayant obtenu dans tons «les pays une grande existence politique, les institutions civiles etre- « ligiouses s'étaient mêlées et comme amalgamées d'une manière snrpre- « nante; en sorte qu'on pouvait dire dotons les états do l'Europe, avec «plus ou moins de vérité, ce que Gibbon a dit do la France, *que ce ro- « yaume avait été fait par des évêques.* Il était doue inévitable que la phi- « losophio du siècle ne tardât pas de haïr les institutions sociales, dont « il no lui était pas possible de séparer le principe religieux. C'est ce qui « arriva : tous les gouvernements, tous les établissements de l'Europe lui « déplurent, parccqn'ils étaient chrétiens, et à mesure qu'ils étaient chré- « tiens; un malaise d'opinion, un mécontentement universel s'empara de « toutes les têtes. En France surtout, la rage philosophique ne connut plus « de bornes, et bientôt une seule voix formidable se formant de tant de « voix réunies, on l'entendit crier (à Dieu) au milieu de la coupable «Europe: Laisse nous! Faudra-t-il donc éternellement trembler devant « des prêtres, et recevoir d'eux l'instruction qu'il leur plaira de nous « donner? La vérité dans toute l'Europe est cachée par les fumées de « l'encensoir; il est temps qu'elle sorte de ce nuage fatal. Nous ne par- « levons plus de toi à nos enfants; c'est à eux, lorsqu'ils seront hommes, « à savoir si tu es, et ce que tu es, et ce que tu demandes d'eux. Tout « ce qui existe nous déplaît, pareeque ton nom est écrit sur tout ce qui « existe. Nous voulons tout détruire, et tout refaire sans toi. Sors de « nos conseils, sors do nos académies, sors de nos maisons ; la raison « nous su fût. Laisse nous! » **(De Maistre,** *Essai sur le principe générateur des constitutions politiques,* n. 63-66).

ratio vero ultima, constitutio Status *athei* et *colossei,* supremi omnium iurium arbitri, totiusque liciti vel illiciti, permissi vel prohibiti omnipotentis dictatoris, sub quo infame Dei nomen et cultus in perpetuum aboleretur. In hoc cuncta collineant, ad hoc caetera tanquam media ordinantur; ad hoc destructio familiae, ad hoc destructio corporationum, ad hoc destructio libertatum tam municipalium quam provincialium, ut scilicet una in fine residua maneat impii Status potestas, absque cuius imperio non possit quisquam movere manum aut pedem in omni ambitu universi. Hic est finis intentus, non civilis libertas. Libertas praetextus est, libertas idolum est ad seducendos populos : idolum quod manus habet et non palpabit, pedes habet et non ambulabit; inanime numen sub quo Satanas parat redigere gentes in servitutem longe peiorem quam illa erat in qua mundum antiquum tenebat cum materialibus idolis paganismi. Caeterum, id quod in causa versatur, nihil aliud quam religio. Volumus, inquiunt, organizare humanitatem quae possit carere Deo (1). Et rursus : A diebus Revolutionis, in rebellione sumus contra auctoritatem divinam et humanam; humanam intellige, quae a Deo dependeat (2). Et iterum: « Multi sunt qui loquuntur et scri-
« bunt de lucta civilisatrice, sed pauci qui intellexerunt lu-
« ctam eiusmodi esse contra ultimum ac desperatum conatum
« ideae christianae iamiam exstinguendae, et civilizationem
« modernam paratam esse ad omnia media adhibenda, potius
« quam cedat de iis quae tanto labore obtinuit. Civilizatio

(1) « Nous voulons organiser une humanité qui puisse se passer de « Dieu ». Julius Ferry.

(2) «Depuis'la Révolution nous sommes eu révolte contre l'autorité « divine et humaine, avec qui nous avons d'un seul coup réglé un ter-
« rible compte le 21 janvier 1793. » Clémcnccau. — Cactorum, si quis de *satanico* spiritu Revolutionis, ex irrefragabilibus et maxime authenticis documentis certior fieri velit, consulat quatuor tomos abbatis **Barrnel,** *Mémoires pour servir à l'histoire du Jacobinisme.*

« enim moderna et christianismus in contradictione sunt, et « ideo unum alteri locum det necesse est. Progressus mo- « demus non potest agnoscere nisi Deum mundo immanen- « tem, oppositum Deo transcendentali revelationis christianae, « nec aliam moralitatem praeter solam illam veram, cuius « fons est voluntas humana sese per seipsam determinans, « sibique ipsi lex exsistens » (1).

Haec igitur sit ultima praesentis articuli conclusio : Liberalismum prosequi eversionem religionis, quando sub ementito libertatis nomine, ordinem intrat seu domesticum, seu oeconomicum, seu politicum. At nondum est completa eius descriptio. Superest ut de variis eius formis in ordine ad religionem, aliquid adiiciatur. Non enim unum tenet modum, sed novit temperare rigorem suorum postulatorum quoad eos quos portentum suae impietatis adhuc offenderet : imo novit sese transfigurare in angelum lucis, et sub boni specie vanis quibusdam sophismatibus incautos irretire. Ideoque, in quot quasi species dividatur, paucis nunc exponendum venit.

(1) **Ilartinaii,** *Religion de Vavenir.*

ARTICULUS SECUNDUS

DE VARIIS FORMIS LIBERALISAI IN RE RELIGIOSA

Tres sunt principales liberalismi religiosi formae (I). Est liberalisinus *absolutus;* est liberalismus *moderatus;* est denique liberalismus cui difficulter admodum nomen imponeres, quia cum in plena incohaerentia versetur, fugit omnem definitionem: proprius scilicet eorum qui *catholicorum liberalium* denominationem assumunt. Omnibus tribus formis commune est adstruere emancipationem ordinis civilis a religioso, ac per hoc, Status ab Ecclesia. Sed in prima forma statuitur eiusmodi emancipatio, per viam omnimodae dominationis Status supra Ecclesiam. In secunda forma asseritur per viam plenae independentiae, tum Status ab Ecclesia, tum Ecclesiae a Statu. In tertia denique propugnatur et promovetur mutua haec independentia ac separatio, non ut veritas iuris, sed ut quae in praxi optimum suppeditet modum vivendi. De singulis his formis quale indicium sit, quidve proprium ac distinctivum habeant, per ordinem videndum est.

§ 1.

Quod prima foraia iii)eralismi convertitur cum materialismo et adseismo (2).

Haec est forma liberalismi absoluti de quo fuit praecedens articulus. Concipit Statum velut altissimam potentiam ad quam humanitas in suo sociali progressu sese elevare possit. Non solum Status nihil habet supra se, sed nequidem habet

(1) Cf. omnino **Liberatore,** *La Chiesa e lo Stato,* cap. 1, art. 1, per totum.

(2) Ex **Liberatore,** *La Chiesa e lo Stato,* cap. I, art. 1, § 2.

sibi aequale, aut sibi non subiectum. Ipse potestas est summa et universalis, cui nihil resistere potest, cui cuncta debent obedire. Ipse norma per excellentiam, ipse regulator omnium relationum inter homines; in cuius conspectu non est ius seu individuale seu domesticum quod inviolabile sit, et multo minus ius sacrum quo alia societas gloriari queat. Nam omnia iura derivant ab eo in virtute voluntatis socialis, quae per publicam opinionem prius manifestata, in legem deinde erigitur a mandatariis populi in Pariamentis. Et quia voluntas socialis est essentialiter progressiva, consequitur quod nulla lex, nulla institutio immutabilitate gaudet, sed cuncta sunt progressui indefinito obnoxia. Semper tamen lex Status, quamdiu lex Status est et manet, supremam exhibet regulam operationis humanae.

Haec theoria, ut cuique videre licet, ea est quae plus minusve regit constitutiones modernas Europae, declarationi *iurium hominis* innixas. In cuius principiis Ecclesia non modo amittit omnem praeeminentiam respectu Status, verum etiam omnem rationem societatis perfectae et independentis. Ad summum manere poterit tanquam simplex collegium, vel quaevis alia associatio, suam a Statu exsistentiam accipiens. Et quemadmodum Status ex mero suo beneplacito, prout expedire iudicat, ei concedit ut gaudeat vita publica, sic definit qui sint limites intra quos concessa iura exercere valeat, altum sibi semper dominium reservans. Quo fit denique tandem, ut huiusmodi Ecclesiae conditio sit sub aliquo respectu peior quam conditio eius sub paganis imperatoribus, dum intermittens cruentae persecutionis vis tantisper eam respirare sinebat.

Nunc autem, quid de intrinseca theoriae indole censendum sit, facile est videre. In primis continet implicitam negationem spiritualitatis animae, necnon et immortalitatis eius. Qua enim ratione Statum conciperet tanquam potestatem supremam, nisi fatum hominis restringeret ad solum cursum

vitae organicae et materialis? Nam quisquis semel admisit quod non in liac terra completur hominis destinatio, et quod eum manet post praesentem vitam alia vita immortalis, statim, velit nolit, cogitur admittere supremam societatem nonnisi religiosam esse posse, illam scilicet quae hominem ducit et promovet ad summum suum atque imperiturum bonum. Nec est omnino unde indicet quispiam, finem temporalis prosperitatis cui Status invigilat, esse illud bonum cui omnia cedere debent atque subordinari, nisi simul cogitet hominem tanquam e pura materia eductum, et in materiam quoque totaliter resolvendum. Ergo liberalismus absolutus idem valet ac materialismus.

Verum error radicatis e quo omnes alii fluunt, est proprie negatio Dei. Nam certe, si in suppositione sit, Deum non esse, aut (quod ad idem reducitur) non esse a mundo distinctum, sine difficultate intelligitur quod altissima universi potentia ipse homo exsistat, et quidem homo associatione amplificatus, homo evolutus in multitudinem et in aciem civilis communitatis instructus. In hoc quippe homine, ultimus iam limes perfectionis ad quam pertingit improducta materia. Ipse ex consequenti, absolutus sui ipsius dominus; ipse sibi suisque inferioribus normas praestituens de eo quod vel bonum appellare libuerit, vel malum, iustum vel iniustum. At nulla maior cogitatur absurditas, agnito semel Deo personali, creatore coeli et terrae, super omnia quae praeter ipsum sunt et concipi possunt, inefiabiliter excelso. Tunc enim, in illo Deo vivo et vero, ineluctabili necessitate agnoscendus summus dominus ac legislator universi, sub quo homo, et societas, et quicumque in societate praesunt, curventur necesse est. Tunc, non Status, non opinio publica, non placita progressus, sed immutabilia moralitatis principia divinitus impressa in mentibus nostris, pro suprema actionis humanae regula in ordine tam privato quam publico accipienda. Tunc denique, sublimiores potestates non alio iure imperandi auctae appa-

rebunt, quam subordinato, ut regant populos secundum voluntatem illius Domini, cui et ipsae, omnium primae sunt subiectae.

Audite ergo, reges, et intelligite ; discite, indices finium terrae. Praebete aures, eos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum : Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte indicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam indicium durissimum his qui praesunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et non excidatis (1).

Ecce qualem nobis potestatis politicae ideam ingerunt divinae Scripturae: aliam profecto ab idea potentiae quae totius iuris fons sit et origo! Ecce quomodo in politico imperante non plus monstrant quam ministrum: *Dei enim minister est in bonum,* ait apostolus, Rom. HII-4. Minister, inquam, applicans legem quam accipit, et a qua sicubi deflectit, non iam ei obedientia subditorum, sed durissima a Domino eius debetur castigatio. Quae omnia evidentissima sunt in solo etiam stricto rigore logicae, pro omni eo qui agnovit Deum, et ne umbram quidem dubitationis admittunt. Quapropter, monstruosa illa conceptio Status, supremae normae publicae moralitatis, dominium habentis supra ipsam societatem religiosam, ut pro necessitate seu utilitate finis politici, iura fori externi ei concedat, auferat, limitet, mensuret (2): eiusmodi,

(1) Sap. VI-2, seq.

(2) Vide in priori tomo citationes ad thesim 20, § 1.

inquam, conceptio intrinsece cohaeret cum absoluta negatione Dei: Dei scilicet vivi ac veri, qui aliquid aliud sit quam idea vacua, ad continendum in officio vilem populum adinventa.

Nec valet si dicas quod conceptio illa adhuc relinquit independentem religionem individualem ac privatam. Hoc enim nihil est. Primo quia cum individui non magis sibi sufficiant ad vitam religiosam quam ad temporalem, imo multo minus, ipsa religiosa societas medium necessarium eis est, ad hoc ut in cultu divino informentur. Et ideo, vindicare sibi dominium supra religionem socialem, est ex consequenti dependentem facere religionem etiam fori privati et interni. Secundo quia religio non mutat naturam, cum ab ordine publico transfertur in privatum. Si ergo in ordine publico recensetur inter res mere humanas quae sunt ad finem politicum et sub imperio Status, in ordine quoque privato, quantum est ex vi systematis, ponitur loco humani negotii, puta vanae opinionis circa Deum, qui cum in re ipsa chimaera quaedam sit, adhuc tamen a superstitiosis et debilis mentis hominibus putatur exsistere. Unde, omnibus modis, a primo ad ultimum, liberalismus absolutus, id est, asserens dominationem Status supra Ecclesiam, idem valet ac purus putidusque atheismus. Et cum haec nullam possibilem evasionem habere videantur, non est amplius insistendum, sed iam veniendum ad mitiorem quamdam liberalismi formam, de qua sit sequens assertio.

§ 2.

Quod moderatus, sin ininns ad forma* leni atheisniuni, at certe ad manichaeisauiiu redticitiai» (1).

Liberalismus de quo hactenus dictum, a praesagio sui nominis ita discordat, ut fere crederes impositum nomen per

(1) Cf. **Liberatore,** *La Chiesa e lo Stato.* cap. 1, art, 1, H 3.

antiphrasim, eo scilicet modo quo per antiphrasim quoque, veteris fabulae furiis Eumenidum appellatio data. Re enim vera, libertas illa a qua denominationem sumit, si libertas impietatis est, multo adhuc magis libertas exquisitae tyrannidis, peiorisque omni barbarie despotismi. Quare pluribus displicuit eius enormitas; quibus consequenter curae fuit construere liberalismum (sit venia verbo), magis liberalem. Et iste est liberalismus qui moderatus dici solet, quique verbis saltem tenus, non amplius efferatam dominationem Status supra Ecclesiam, sed solum plenam eius ab ea independentiam, perfectamque utriusque ab invicem separationem propugnat, iuxta celebrem formulam: *Ecclesia Ubera in Statu Ubero.* Profitetur se non negare ordinem religiosum, etiam supernaturalem, cum absoluta quae ei debetur autonomia: sed tantum velle ut ab eo penitus praescindatur, cum de ordinatione politicae societatis agitur. Duo siquidem inter se disparata sunt, res religiosa et res politica. Alius campus, alius finis, alia media civitatis, alia vero religionis. Et quomodo confunderemus nos ea quae ipsa natura rerum separavit? Caeterum, non esse recedendum a generali principio iustitiae, quo cuique suum reddere iubemur, et Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae sunt Dei: ut scilicet iure suo gaudeat societas ecclesiastica, gaudeat et civilis, et cum sit utrique sub sole locus, eat unaquaeque per viam suam, nihil curando de rebus alterius (1).

(1) Audias loquentem liberalem moderatum: « Plus d'alliance entre « l'Eglise et l'Etat: que l'Eglise n'ait plus rien de commun avec les « gouvernements, que les gouvernements n'aient plus rien de commun « avec les religions, qu'ils ne se mêlent plus de ces affaires! Le parti- « culier professe à sa guise le culte qu'il a choisi suivant son goût: « comme membre de l'Etat, il n'a point do culte propre. L'Etat reconnaît « tous les cultes, leur assure à tous une égale protection, leur garantit « une égale liberté, tel est le régime de la tolérance; et il nous con- « vient de le proclamer bon, excellent, salutaire, de le maintenir à tout

Haec certe magis speciosa sunt, imo ad aequitatis regulam ita exacta multis videbuntur, ut nihil magis. Nisi quod, si quis paulo diligentius consideret, facile videbit insubsistentem positionem, propter irreductibilem dualismum quem inducit. Quod quidem a multo iam tempore observavit Bonifacius VIII in bulla *Unam Sanctam,* ubi ait assertorem absolutae independentiae tam Ecclesiae a Statu quam Status ab Ecclesia, Dei ordinationi resistere, *nisi duo sicut Manichaeus fingat esse principia, quod falsum et haereticum iudicamus.* Et vere sic est, quia doctrina logice cohaeret cum absurdis placitis Manichaeorum, vel certe cum aequipollentibus, sive accipiantur Manichaei secundum quod duos deos et duas naturas in singulis principiis esse arbitrabantur (1), sive secundum quod duas quoque animas in unoquoque homine asse-

« prix, de l'élargir constamment. L'on peut dire que ce régime est de « droit divin : Dieu lui-même l'a établi en créant l'homme libre ; il le « pratique en faisant luire son soleil sur les bons et sur les méchants. « A l'égard de ceux qui méconnaissent la vérité, Dieu aura son jour de «justice, que l'homme n'a pas le droit de devancer. Chaque Eglise, « libre dans l'Etat libre, incorporera ses prosélytes, dirigera scs fidèles, « excommuniera ses dissidents ; l'Etat ne tiendra nul compte de ces « choses, n'excommuniera personne et ne sera jamais excommunié. La « loi civile ne reconnaîtra aucune immunité ecclésiastique, aucune pro- « hibition religieuse, aucun lien religieux ; le temple paiera l'impôt des « portes et fenêtres, l'étudiant en théologie fera le service militaire, « l'évêque sera juré et garde national, le prêtre se mariera s'il veut, di- « vorccra s'il veut, se remariera s'il veut. D'un autre côté, pas plus « d'incapacités et de prohibitions civiles que d'immunités d'un autre « genre. Toute religion prêchera, imprimera, proccssionnera, carillonnera, « anathématisera, enterrera suivant sa fantaisie, et les ministres du culte « seront tout ce que peut être un citoyen. Rien n'empêchera du côté do « l'Etat, qu'un évêque commande sa compagnie de garde nationale, tienne « boutique, fasse des affaires; rien n'empêchera non plus que son Eglise, « ou le Concile, ou le Pape puissent le déposer. L'Etat ne connaît quo « des faits d'ordre public». **L. Veuillot,** *L'illusion liberale,* § 1.

(1) Augnst. de moribus Ecclesiae, l. 1, c. 10.

rebant: «Unam de Deo, quae naturaliter hoc est quod ipse : « alteram de gente tenebrarum quam Deus nec genuerit, nec « fecerit, nec protulerit, nec abiecerit, sed quae suam vitam, « suam terram, suos fetus et animalia, suum postremo regnum « habuerit, ingenitumque principium » (1).

Et primo quidem manifestum per se est quod si unum est totius mundi principium, seu ut dicitur Eccli. 1-8, *unus altissimus creator omnipotens,* una quoque erit ordinatio universi, unus supremus finis creationis. Manifestum etiam quod finis iste, maxime sublimis ex parte ordinantis, maxime beneficus ex parte ordinatorum, alius esse non poterit quam gloria Dei et aeterna béatitude creaturae rationalis, cuius gratia caetera inferiora facta sunt. Manifestum denique quod huic eidem fini omnem finem inferiorem subordinari oportebit, si modo verum sit quod bona secundaria respectu boni primarii habent rationem mediorum, et quod media sub fine contineantur necesse est. Unde iam fluet consequentia ineluctabilis evidentiae: ipsum scilicet Statum politicum contineri sub uno illo unici supremi finis ordine, a quo non magis ei praescindere licebit, ac liceret ex. gr. carpentario praescindere a fine architecti cui debet materiam praeparare, et in usum aedificandae domus disponere. Dico autem ineluctabilis evidentiae consequentiam, ita ut non sit medium evadendi, nisi negando maiorem praemissam e qua ipsa fluit. Quisquis igitur ponit finem civitatis et finem religionis prorsus inter se disparatos, ac per hoc, penitus disparatas seu separatas potestates quae utriusque prosecutionem regunt: eo ipso unitatem primi principii implicite negat; alium esse dicit creatorem spiritualium, alium vero temporalium ; alium deum a quo ordinatur homo ad vitam civilem, et alium a quo ad vitam religiosam. Duo ergo, sicut Manichaeus, fingit esse principia, et si forte a Manichaeo in aliquo discordat, nonnisi

(1) August. de vera religione, c, 9.

in hoc quod sentit aliquid etiam peius. Nam factorem temporalium quem Manichaeus habebat pro deo malo, ipse facile habebit pro deo lucis et progressus: illum vero alium, quem utpote factorem spiritualium, Manichaeus deum bonum dicebat, dicet deum tenebrarum et obscurantismi. Equidem consuetum est apud eos qui facere solent argumenta historica contra historiam, philosophica contra philosophiam, et scripturistica contra Scripturam: consuetum, inquam, est appellare ad sententiam illam evangelicam qua reddere iubemur quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Porro, de vera ratione secundum quam ea quae Caesaris sunt, ab iis quae sunt Dei. in evangelio contradistinguuntur, nondum est disputandi locus; id enim in sequenti quaestione tractandum relinquitur. Intérim vero, unum hoc interrogare liceat: utrum Caesar pro creatura Dei habeatur, vel non habeatur. Si pro creatura Dei, quomodo, quaeso, independens a Deo, ius habens ordinandi res suas sine ullo respectu ad Deum, ad legem Dei, et ad religionem quam instituit Deus? Si autem non pro creatura Dei, ergo, te ipso fatente, alius deus temporalium oppositus creatori spiritualium esse perhibetur, et revera duo, iuxta Manichaeunq finguntur esse principia.

At non solum duo prima principia, sed duas etiam animas in unoquoque homine necessarium erit admittere, et multo adhuc fortiori ratione quam quae Manichaeis causa fuerat, ad novum hunc dualismum declinandi. Manichaei siquidem, cum duas voluntates in deliberando animadvertissent, duas naturas duarum mentium esse concludebant, bonam unam, malam alteram. Non tamen ponebant illas concomitanter suis viis insistentes, sed ita inter se pugnantes, ut praevalente una, altera ab opere cessare cogeretur: quod non ita absolute repugnabat possibili reductioni in unam solam animam alternis vicibus, modo in bonum, modo in malum sese inflectentem, donec per victoriam unius tractionis supra aliam, incipiat tandem in uno firmari tota voluntas una, quae prius in op-

posita partialiter distendebatur. Nunc autem liberalismus moderatus, separando ordinem civilem ab ordine religioso, separat civem a cliristiano, philosophum a credente, publicum hominem a privato, politicum a fideli. Separat, inquam, non sicut separantur belligeri, quorum unus alterum vult supprimere, sed sicut separantur collaterales, quorum singulus quisque sequitur viam suam, et simul cum altero regulariter fungitur officio suo, quantumcumque ad disparata et contraria per separatos motores ambo moveantur. Et hoc dico, absolute et essentialiter repugnare omni possibili reductioni in unum, nec esse aliter conceptibile. quam ponendo in uno eodemque homine animas duas, mentes duas, conscientias duas realiter inter se distinctas : unam atheam, alteram religiosam ; credentem unam, discredentem alteram ; unam intentam temporalibus sine ordine vel respectu ullo ad spiritualia, alteram intentam spiritualibus et quasi in superlunaribus extra hunc mundum positam; unam per quam serviat Caesari, et alteram per quam serviat Deo (1).

Quocumque ergo modo res aspiciatur, ista reciproca duarum potestatum independentia, seu fictio Ecclesiae liberae in Statu libero, novum instaurat Manicheismum, theoretice quidem absurdum, practice vero impossibilem. Qua enim ratione unquam concipies motores duos uni eidemque mobili regulariter applicatos, nisi sit inter eos subordinatio, per quam contrarietas impulsionum vitetur, et necessaria servetur unitas directionis? Quod ne ipsi quidem dissimulant liberalistae moderati, quoties ab abstracta verborum rhetorica descendunt

(1) « Nulle richesse d'éloquence ne peut dissimuler longtemps ce fond « d'incurable misère, milles paroles dans aucune langue n'ont une éla- « sticité qui puisse mettre d'accord et retenir ensemble de pareilles cou- « tradiétions : *Libre coopération, indépendance réciproque des deux pou- « voirs,* etc. Que signifient ces sonorités? Que tirer pratiquement de la « *libre coopération* de l'âme et du corps, de l'indépendence réciproque de « la matière et de l'esprit ? » L. **Vciiillot,** ubi supra, § 21.

in campum concretae realitatis. Eos non fugit requisita per se, aut subordinatio Status ad Ecclesiam, aut subordinatio Ecclesiae ad Statum. Sed primam concedere nefas ; esset enim renuntiare primo et maxime essentiali principio liberalismi. Unde necessitate coacti, et non valentes sese sustinere in apparenti illo reciprocae independentiae aequilibrio, reincidunt in liberalismum absolutum, ponuntque Ecclesiam sub manu et potestate Status, quoties indicio ipsius Status, ratio politici finis et temporalis interesse id exigere videbitur (1).

Accidit ergo istis, quod iis accidere solet, qui erroris radice retenta, temperamenta quaerunt, unde errori meliorem concilient apparentiam. Qui non solum nihil proficiunt, sed claudicando in duas partes, cum dedecore et inelegantia in foveam cadunt quam vitare volebant. Sed haec ipsa claudicationis deformitas est, quae adhuc magis conspicua apparebit in tertia liberalismi forma de qua iam dicendum superest ultimo loco.

(1) « Il faut qu'il y ait une puissance supérieure qui ait droit.... de « lover tous les doutes et de franchir toutes les difficultés. Cette puis- er sance est celle à qui il est donné do peser tous les intérêts, celle de qui « dépend l'ordre public et général, à qui seule il appartient de prendre « le nom de puissance dans le sens propre.... La société religieuse a dû « reconnaître dans la société civile, plus ancienne, plus puissante, et dont « elle venait faire partie, l'autorité nécessaire pour assurer l'union, et « le souverain est demeuré maître de faire prévaloir l'intérêt de l'Etat « dans tous les points de discipline où il se trouve mêlé. » **Portalis,** *Discours et travaux inédits.*— « On ne saurait admettre deux puissances « absolument égales, dont le concours produirait une sorte do manichéi- « sme politique, et n'aboutirait qu'à des luttes périlleuses, ou a une « négation sans issue. » **Dupin,** *Rapport sur les travaux inédits de Portalis.*

Q(10<1 libéralismes <i«i «licitar « catliolicoi uni lil>e lioall » omnem clarificationem fugit, et uuam so ai

<t«ae est -°.à perfectae et absolutae meobaei

Veritas assertionis constare potest vel ex sola considera-
tione terminorum qui iunguntur in appellatione illa. c«r

"Z.àtholicus" namque ille est qui profitetur ea quae christiana
fides docet, et prae primis, quae fundamenta mstar)m^te-
clxismo tradit: Creatum esse hominem ad hunc finem, ut Do
minum Deum suum laudet, eum revereatur, ei serviat mxta
modum qui est in beneplacito voluntatis eius, et sic tandem
salvet animam suam. Reliqua vero super faciem terrae sita,
creata esse hominis ipsius causa, ut eum ad finem creationis
suae prosequendum iuvent; quibus ex consequenti, eidem
homini eatenus utendum, eatenus abstinendum, quatenus a
prosecutionem finis vel conferunt vel obsunt; praesertim cum,
testante ipsa Veritate, nihil ei prosit si mundum universum
Letur, ' »..«= V«« d.Uta.ni™ ™ I'E.°

quam maxime, debilem vel claudum vel luscum mtrOxi
tam aeternam, potius quam duas manus et duos pedese d^
oculos habentem ire in gehennam, in ignem
ubi vermis eorum non moritur et ignis non exs mg
inde, falsam esse, perniciosam esse, lethiferam esse, summo-
pere detestandam esse prosperitatem praesentis vitae quae cum
dispendio salutis animae obtinetur; eamdem hanc praesentem
vitam totam disponi debere per respectum ad futuram CUI1-
cta temporalia aeternis esse t------ subordinanda, adeoque oportere
ut ordinatio potestatis quae praesidet temporalibus, subs

(I) Cf. Liberatore, 1. c. § L

directioni potestatis superioris, cui finis aeterni procuratio a Deo ipso cum promissione perpetuae assistentiae creditur fuisse commissa. Non haec omnia sunt in principiis cuiusvis catholici, si modo suae professioni totus non mentiatur?

Sume nunc professionem liberalis. Certe liberalis, prout nunc de liberalibus loquimur, ille est qui profitetur, et celebrat, et approbat, et promovet immortalia, ut vocant, principia anni millesimi octingentesimi octogesimi noni. De his ergo principiis videndum est quid contineant. Porro principia ista, positis semel a parte iis quae non in proprium habent, sed de antiquo et communi thesauro naturalis iuris et aequitatis accepta retinent, quia de his nulla quaestio (1) : ista, inquam, principia ad minimum reducta, et meliori quo possunt

(1) « Rien de plus laborieux et de plus infructueux qu'un voyage à « Ia recherche des principes de 89. On y rencontre considérablement « de buissons creux, de banalités, de phrases vides. M. Cousin, ayant « entrepris de révéler ces mystères qui portent le nom redouté et béni «de principes de la Révolution française, les réduit à trois: *La souve-* « *raineté nationale; Vémancipation de Vindividu, ou la justice; la diminution* « *progressive de V ignorance, de la misère et du vice, ou la charité civile.* Toe- « quevillc ne contredit pas M. Cousin ; seulement il démontre sans « peine que 89 n'a inventé ni cela, ni rien de ce que l'on peut mettre « encore de bon et d'acceptable sous le nom de 89. Tout existait mieux « qu'en germe dans l'ancienne constitution française, et le développc- « ment en eût été plus général et plus solide, si la Révolution n'y « avait pas mis la main, c'cst-à-dire le couteau. Avant 89, la France « croyait bien s'appartenir, et l'on avait bien déjà quelques lueurs de « l'égalité devant la loi, par suite de la pratique déjà longue de l'éga- « lité devant Dieu. La charité manifestait son existence par un assez « grand nombre d'établissements et de congrégations charitables; l'ins- « traction publique était plus libérale, plus solide, et plus largement « répandue qu'aujourd'hui.... Si donc les principes de 89 sont ce que «dit M. Cousin, en quoi la foi catholique leur est-elle contraire? Ca- « tholiques libéraux et catholiques non libéraux les ont également non « seulement respectés, mais pratiqués et défendus. » **L. Veuille!,** *Illusion libérale,* § 32.

modo intellecta, proclamant independentiam rerum humanarum a divinis, subductionem ordinationis civilis a lege religiosa, dearticulationem regiminis temporalium a regimine intendente finem ultimum ac supremum ; denique, ut uno verbo dicam, translationem orbitae civitatis in eam 'sphaeram reservatam, in qua- iam cessat dominium Dei, cessat obligatio agnoscendi et colendi eum, cessat ordo hominis ad vitam aeternam, et solus aperitur oculus respiciens in vitam praesentem, clauso altero qui ostendit viam in futuram. Haec sunt quae in immortalibus principiis continentur, idque secundum benigniorem quam patiuntur interpretationem ; nam in sensu Patrum Revolutionis, qui aliunde solus est consentaneus logicae rerum, important etiam saecularizationem absolutam et perfectam, id est, expulsionem principii theocratici e mundo, et rupturam definitivam totius humanae societatis cum Ecclesia, cum lesu Christo, cum Deo, imo cum idea Dei et ultimo eius vestigio (1). In omni autem modo, et permissa intérim acceptione mitigata, quis iam non videt'in eis

(1) « Mais il est temps d'ouvrir l'arcane de 89, et de dénoncer le point « où la foi catholique libérale devra cesser, ou d'être libérale, ou d'être catholique. Il existe «n principe de 89 qui est le principe révolutionnaire «par excellence, et à lui seul toute la dévolution et tous ses principes. « On n'est révolutionnaire qu'au moment où on l'admet, on ne cesse « d'être révolutionnaire qu'au moment où on l'abjure. Dans un sens «comme dans l'autre, il emporte tout / il élève entre les révolution- « naires et les catholiques un mur de séparation à travers lequel les « Pyramcs catholiques libéraux et les Thisbés révolutionnaires ne feront «jamais passer que leurs stériles soupirs. Cet unique principe de 89, « c'est ce que la politesse révolutionnaire des Conservateurs de 1880 ap- « pelle la sécularisation de la société ; c'est cc que la franchise révolu- « tionnairo du *Siècle,* des Solidaires et de M. Quiuet, appelle brutalement «l'expulsion du principe théocratique ; c'est la rupture avec l'Eglise, « avec Jésus-Christ, avec Dieu, avec toute reconnaissance, avec toute « ingérence et toute apparence de l'idée do Dieu dans la société hu- « maino. » **Veuiliot,** ubi supra, § 33.

talem irreductibilitatem ad fundamentalia christianismi principia, ut quaecumque accommodationis tentamina in summa incohaerentia consistant necesse sit? Porro aestimatio a priori plane confirmatur a posteriori, si rationes catholicorum liberalium perpendantur, una post alteram.

Incohaerentia in primis est, cum distinguunt inter principia abstracta et eorum applicationem, confitentes vera equidem esse, speculative loquendo, ea quae dicimus de necessaria unione et subordinatione potestatum, et se, speculative iterum loquendo, minime dissentire; sed aliud esse speculationis objectum, aliud vero, quod locum habet in concreto ordine rerum, ubi multa sunt a conditionibus theoriae penitus discordantia. Et sic putant se satisfecisse veritati, relegando illam in regionem abstractionum. Verum, pace ipsorum dixerimus, principia illa quae vocant abstracta, suntne utique vel non, ad materiam moralem pertinentia, id est. praestituentia normam actuum humanorum, et regulam operationis rectae; operationis dico, quae in humana societate recte dirigatur ut finis exigit? Et si sunt se totis dictamina practica, ut per se evidens est, quomodo non summa incohaerentia in eo qui illa admittit, et simul vult ut in applicationem non deducantur? Nam ex hoc quod concretus rerum ordo differat ab idealibus theoriae conditionibus, id unum sequitur: nunquam fore ut apud nos actuationem obtineant cum ea perfectione quam nuda speculatio prae se fert. Sed profecto, cum eodem genere argumenti probarem quod praecepta virtutum in campo speculationis relinquenda sunt, quia humana conditio tantam altitudinem rectitudinis non patitur. Cum eodem quoque genere argumenti, demonstrarem quod scientiae mathematicae nullam possunt aut debent habere applicationem ad artes, quia triangulus idealis, exactus, geometricus, in concreto non datur, aut quia rigori calculi, experimentalis effectus semper contradicit.

Rursus incohaerentia est in distinctione quam faciunt inter

id quod *de iure* conveniens aut debitum esset, et id quod *de facto* Ecclesiae utile est, dicentes : Perniciosum de facto semper fuisse Ecclesiae, regimen unionis : Ecclesiam de facto nulla unquam maiora mala perpessam esse quam ab episcopis illis fori externi, protectoribus principibus, prout incessantes attestantur luctae cum imperatoribus Bysantinis, cum Caesaribus germanicis, cum regibus Franciae, Angliae, Hispaniae, etc. ; Ecclesiam eheu! de facto perire propter temporalia sustentacula quae sibi improvide comparavit; ideoque unum remanere salutis remedium, unam domum refugii, libertatem ! Libertatem esse quae in augusta Ecclesiae fronte perditam coronam restituet ; libertati fidendum tanquam amicae fideli, nec a libertate discedendum propter principia a priori quae in sua ideali regione, cum omni utique reverentia, sarta tecta relinquenda sunt (1). Haec illi, sed incohaerenter. Primo

(1) « L'Eglise périt par les appuis illégitimes qu'elle s'est voulu don-
« ner. Le temps est venu, elle doit changer de maximes ; ses enfants
« doivent lui en faire sentir l'opportunité. Il faut qu'elle renonce *à* tout
« pouvoir coercitif sur les consciences qu'elle nie ce pouvoir aux gou-
« vernements. Plus d'alliance entre l'Eglise et l'Etat..., etc. etc.,.. Notre
« catholique libéral s'animait beaucoup en déroulant ces merveilles. Il
« soutenait qu'on n'avait rien à lui répondre, que la raison et la fo et
« l'esprit du temps parlaient par sa bouche. Pour l'esprit du temps,
« personne n'y contestait. En matière de raison et de foi, on ne laissait
« pas de lui pousser des obj eetions, mais il haussait les épaules et ne
« restait jamais sans répartie. Il est vrai que les assertions énormes et
« les contradictions énormes ne lui coûtaient rien. Il partait toujours du
« même pied, criant qu'il était catholique, enfant de l'Eglise, enfant
« soumis; mais aussi, homme de ce siècle, membre de l'humanité vieillie
« et mûre, et en âge de se gouverner elle-même. Aux arguments tirés
« de l'histoire, il répondait que l'humanité vieillie est un monde nou-
« veau, en présence de qui l'histoire ne prouve plus rien ; ce qui no
« l'empêchait par d'exploiter lui-même l'argument historique, lorsqu'il
«en trouvait l'occasion. Aux paroles des Saint Pères, tantôt il opposait
« d'autres paroles tantôt il disait que les Saint Pères avaient parlé pour
« leur temps, que nous devons penser et agir comme au nôtre. Devant

quia, si principia a priori ordinem enuntiant institutum et intentum a Deo, impossibile est ut neglectus eorum cedat in

«les textes de l'Ecriture, il avait la même ressource: ou il arrachait « des textes qui semblaient contraires, ou il fabriquait une glose à l'appui « de son sens, ou enfin cela était bon pour les Juifs et leur petit Etat « particulier. Il ne s'embarrassait pas davantage des bulles dogmati- « ques de la *Cour romaine....* Ce sont, dit-il, des formules disciplinaires « faites pour le temps, et qui n'ont plus de raison d'être aujourd'hui. « La Révolution française a enterré ces règles avec le monde sur qui « elles pesaient. La contrainte est abolie ; l'homme aujourd'hui est capable « do liberté et ne veut plus d'antre loi ! Co régime qui déconcerte vos « timidités, poursuivit-il d'un ton sibyllin, est pourtant celui qui sau- « vera l'Eglise, et le seul qui puisse la sauver. Du reste, le genre hu- « main se lève pour l'imposer, il faudra bien le subir, et cela est déjà « fait. Voyez si qui que ce soit peut opposer quoi que ce soit à cette « force triomphante, si même on le veut, si même, vous exceptés, quel- « qu'un y songe. Catholiques intolérants, vous étiez déjà plus absolus que « Dieu le Père, qui a créé l'homme pour la liberté; plus chrétiens que « Dieu le Eils, qui n'a voulu établir sa loi que par la liberté; vous «voici maintenant plus catholiques que le Pape; car le Pape consacre, « en les approuvant, les constitutions modernes, qui sont toutes inspirées « et pleines de l'esprit de liberté. Je dis que le Pape, le Vicaire de « J. C. approuve ces constitutions, puisqu'il vous permet de leur prêter « serment, de leur obéir et de les défendre. Or, la liberté des cultes y « est, l'athéisme d'Etat y est. Il faut eu passer par là ; vous y passc- « rez, n'en doutez point. Dès lors pourquoi vous débattre? Votre rési- « stance est vaine; vos regrets ne sont pas seulement insensés, ils « sont funestes. Ils font haïr l'Eglise, et ils nous entravent beaucoup, « nous, libéraux, vos sauveurs, en faisant suspecter notre sincérité. Au « lieu donc d'attirer sur vous une défaite certaine et probablement ter- « rible, courez à la liberté, saluez-la, embrassez-la, aimez-la. Elle vous « sera bonne et fidèle amie, et vous donnera plus que vous no pourriez «jamais ressaisir. La foi croupit sons lo joug de l'autorité qui la pro- « tège; obligée de se défendre, elle se relèvera; l'ardeur de la polémique « lui rendra la vie. Que n'entreprendra pas l'Eglise lorsqu'elle pourra « tout entreprendre? Combien ne touchera-t-elle pas le cœur des peuples, « lorsqu'ils la verront abandonnée des puissants du monde, vivre uni- « quement de son génie et de ses vertus. Au milieu de la confusion des

maiorem Ecclesiae utilitatem. Secundo, quia facta quae afferuntur probant quod homo sua perversitate saepe corrumpit instituta Dei, non probant quod hac de causa ordinatio divina debeat repudiari aut a parte poni. Tertio, quia argumentum historicum peccat per incompletam enumerationem, referendo sola mala quae sub regimine unionis acciderunt, et dissimulando ac praetermittendo bona ingentia quae ita superabundabant, ut manifeste appareat, protectionem principum, etsi aliquando degeneraverit in oppressionem, ut plurimum tamen fuisse Ecclesiae in praesidium et potentissimum adiutorium. Quarto, quia defectus incompletae enumerationis aggravatur per defectum comparationis cum malis quae ex separatione per se enascuntur, et in immensum, sicut hodierna experientia testis est, praeponderant. Quinto, quia nihil sic elucet in genere inconnexae et incompositae argu-

« doctrines, du débordement des mœurs, elle apparaîtra seule pure, seule « affermie dans le bien. Ella sera le dernier refuge, le rempart inexpu- « gnable de la morale, de la famille, de la religion, de la liberté ! — Tout « a des limites, et l/baleine de notre orateur trouva les siennes....

« Le libéral avait repris haleine. Dès qu'il eut repris haleine, il rc- « prit son discours, et l'on vit bien que ce qu'il venait d'entendre « n'avait fait aucune impression sur lui, si même il l'avait entendu. Il « ajouta force paroles à celles qu'il avait déjà dites en grande abon- « dance; rien de nouveau. Ce fut un mélange plus épais d'arguments « historiques contre l'histoire, d'arguments bibliques contre la Bible, « d'arguments patristiques contre l'histoire, contre la Bible, contre les « Pères, et contre le sens commun.... Il allégua encore le monde non* « veau, l'humanité émancipée, l'Eglise endormie et prête à se réveiller « pour rajeunir ses symboles. Le passé mort, l'avenir radieux, la li- « berté, l'amour, la démocratie, l'humanité, étaient mêlés là dedans « comme les faux brillants que les dames répandent aujourd'hui sur « leurs fausses chevelures. Tout cela no parut pas plus clair ni plus « vrai que la première fois. Il s'en aperçut, nous dit que nous nous sé- « parions du monde et de l'Eglise vivante qui sauraient bien aussi se « séparer de nous, nous mandit presque, et enfin nous laissa consternés « de sa folie. » **L. Veuillot,** *Illusion libérale,* H 1-4.

mentationis, sicut conclusio ultima de recursu ad libertatem. Libertas quippe ad malum proclivis, ad irreligionem prona, totius mali est causa, et ipsa, ipsissima est quae in remedium erigitur !

At vero, aiunt, unio et subordinatio potestatum, quantumcumque esset per se exoptanda, nunc saltem de impossibilibus est; repugnat enim spiritus modernus, contra quem conari, inutile. Prudentia ergo praecipit acceptationem novi status rerum, sive ad impediendum ne semper in peius ruat, sive ad capiendum meliorem fructum adhuc possibilem. Et hoc est in quo, deficientibus aliis argumentis, tandem consistunt illi. Nisi quod, haec dicendo, ut recte observat Liberatore, in peiorem quam prius incidunt incohaerentiam, totaliter deviando ab eo quod 4in quaestione est. Non enim inter nos quaestio agitatur, utrum supposita contumacia saeculi, oporteat patienter ferre id quod in nostra potestate non est, et intérim strenuam operam dare vitandis maioribus malis, eliciendisque bonis quae possibilia manent. Sed quaestio est utrum conveniat approbare eam conditionem socialem quam liberalismus inducit, encomiis celebrare principia quae huic ordini rerum fundamento sunt, eaque verbo, doctrina, opere promovere, uti faciunt illi qui simul cum nomine catholico, liberalium nomen sibi adsciscunt. Et ipsi potissimum sunt, qui nihil unquam proficient, quia utroque claudicant pede, et conciliationis modum frustra tentantes, nec a riliis Dei agnoscuntur ut genuini, nec a filiis Revolutionis ut sinceri recipiuntur. Veniunt quidem ad eorum castra cum tessera seu cw/z/toÂo principiorum 89, sed quia *Gv/iflotov* male pronuntiant, prohibentur ab ingressu.

Legitur in libro ludicum (XII, 5-6), quod Galaaditae pugnantes contra Ephrataeos, 'cum eos superassent, coniuraverant ut nullus ex Ephraim fugiens, salvus abiret. « Occupa-
« veruntque Galaaditae vada Iordanis per quae Ephraim re-
« versurus erat. Cumque v ssoiet ad ea de Ephraim numero

« fugiens, atque dixisset: Obsecro ut me transire permittatis, « dicebant ei Galaaditae: Numquid Ephrateus es? Quo di- «cente: non sum, interrogabant eum: Dic ergo *Schibboleth,* « quod interpretatur spica. Qui respondebat: *Sibboleth:* eadem « littera spicam exprimere non valens. Statimque apprehen- « sum iugulabant in ipso Iordanis transitu ». Et sic quoque contingit ad ingressum portae castrorum liberalismi. Iis qui volunt intrare dicitur: dic ergo *Schibboleth,* quod interpretatur *saecularisatio societatis.* Interest autem an bene vel male pronuntient. Porro catholici liberales defectum linguae in hoc patiuntur, et non valent sacramentale verbum efîerre sicut oportet (1). Ideo non admittuntur, et nec apud homines nec apud Deum obtinent fructum, quia in se dualismum illum verificant de quo Scriptura, Eccli. XXXIV-28, ait: *Unus aedificans et tinus destruens, quid prodest illi nisi labor? Unus orans et tinus maledicens, cuius rocem exaudiet Deus?*

(1) « lis jurent volontiers par les principes de 89; ils disent même « *les immortels* principes. C'est le *schibboleth* qui donne entrée au camp « du grand libéralisme. Mais il y a manière de le prononcer, et nos «catholiques n'y sont pas tout-à-fait.... C'est pourquoi ils prononcent « mal le *schibboleth,* et pourquoi la Révolution ne leur ouvre pas. La « Révolution est plus juste envers eux qu'ils ne le sont eux-mêmes. « Elle les flaire catholiques, elle leur fait l'honneur de ne les pas croire, « lorsqu'ils la veulent convaincre qu'ils le sont si peu que personne, « hors de l'Eglise, n'en verra rien, et qu'ils joueraient très bien leur « personnage d'athée dans cette forme idéale de gouvernement sans culte « et sans Dieu. » Tenillot, l. c. § 32-34.

QUAESTIO XVIII.

DE SUBORDINATIONS INDIRECTA STATUS AD ECCLESIAM

Ex dictis in capitulo praecedenti, tria iam in confesso esse debent: Primo, esse necessariam unionem et harmoniam inter utramque potestatem, civilem et ecclesiasticam; et quidem secundo, unionem et harmoniam non qualemcumque, sed formalem et per se, cuius principium in subordinatione unius ad alteram; tum tertio, in subordinatione quae non sit Ecclesiae ad Statum, sed e converso, Status ad Ecclesiam.

Primum horum trium, de necessitate unionis et harmoniae, lippientes etiam offendit oculos, supposito praesertim quod in eosdem homines utraque potestas habeat regulariter exerceri. Neque enim hic locus est asserendi *luctam pro vita,* sed magis, si alias unquam, *concordiam pro vita.* Et lucta quidem pro vita sedem habet in systemate Darwin, in quo oportet debiliora individua perimi, et sola remanere fortiora atque valentiora, in progressivam speciei vel speeierum evolutionem. Nunc autem, nec religio perimenda a praevalente civitate, nec a praevalente religione civitas; non devoranda Ecclesia in melioramentum Status, non devorandus Status in melioramentum Ecclesiae. Sed ambo potius, etiam sibi invicem conservanda: tum quia neutrius bonum integrum est absque conspiratione alterius, tum quia ibi quoque suam applicationem habet illud Evangelii: *Omne regnum in seipsum dicisum decolabitur, et domus supra domum cadet.* Quare unio

sacerdotii et imperii est evidentissime requisita conditio ad bonum et regularem statum societatis humanae, nec ulli sapienti unquam probabitur in hac parte, inepta distinctio a liberalibus catholicis introducta, inter id quod verum est in abstracto theoriae, et id quod convenit in concreto ordine factorum. Contra quos Gregorius XVI in Encyclica *Mirari vos:* « Neque laetiora et religioni et principatui ominari pos-
« semus ex eorum votis, qui Ecclesiam a regno separari, mu-
« tuamque imperii cum sacerdotio concordiam abrumpi discu-
« piunt. Constat quippe, pertimesci ab impudentissimae li-
« bertatis amatoribus concordiam illam quae semper rei et
« sacrae et civili fausta exstitit et salutaris ».

Duo quoque alia, de necessitate harmoniae quae procedat ex aliqua subordinatione (contra dualismum liberalismi moderati), et quidem temporalis potestatis ad spiritualem, non autem vice versa, spiritualis ad temporalem (contra materialismum liberalismi absoluti), sine difficultate intelliguntur. Quia si unio quaeritur, certe non casualis et per accidens, sed stabilis et per se. Unionis autem stabilis et per se, aliud principium excogitabile non est nisi subordinatio, eaque consentanea respectivis finibus potestatum quae in ordinem venire debent. «Necessarium est, inquit Suarez (1), ut hae po-
« testâtes aliquem ordinem inter se observent; alias non
« posset pax et unitas in Ecclesia servari. Nam saepe tem-
« poralia commoda repugnant spiritualibus, et ideo, vel erit
« bellum iustum inter utramque potestatem, vel necesse est
« alteram alteri cedere, ut omnia recte ordinentur. Ergo vel
« potestas spiritualis erit sub temporali, vel e contrario. Pri-
« mum nec dici nec cogitari potest secundum rectam ratio-
« nem, quia temporalia omnia ordinari debent ad spiritualem
« finem. Ergo dicendum e contrario est, potestatem tempo-
« ralem subiectam esse spirituali, ut a suo fine non deflectat».

(1) Suarez, Defensio fidei, l. 3, c. 22.

Sed iam de intimiori ratione huius subiectionis necnon et de modo eius inquiritur. Et dico de modo, quia subiectio alia est directa, alia tantum indirecta. Unde statim suboritur quaestio, qualis sit illa quam dicimus, Status ad Ecclesiam subordinatio. Et non-caret difficultate. Nam ex una parte, consentaneum est, sic subordinari potestates, quomodo subordinantur fines; et fines quos respiciunt duae potestates, saecularis et ecclesiastica, facile videbuntur etiam directe inter se subordinari, cum finis vitae aeternae qui est finis Ecclesiae, sit finis simpliciter ultimus ad quem cuncta sunt referenda, et sub quo disponuntur temporalia omnia tamquam totidem media seu viae ad illum perveniendi. Ex alia vero parte, si consulas communem omnium hominum sensum, et quod magis est, ipsam doctrinam evangelii, nihil inverosimilius, quam quod potestas imperatoria sub pontificia sit directe constituta: cum omnes apprehendant potestatem imperii velut in suo ordine supremam, et ipse Christus diserte dixerit regnum suum non esse de hoc mundo, diserte etiam distinxerit inter ea quae Caesaris sunt, et ea quorum providentiam et curam commisit Ecclesiae. Quid ergo? Ad indirectam subordinationem confugies? Sed neque sic difficultas evitatur, quia indirecta illa subordinatio suspicionem ingerit temperamenti arbitrarie conficti, quod non instatur conditionibus rerum quae in quaestione sunt, utpote non respondens habitudini vitae praesentis ad futuram et temporalium ad aeterna, adeoque in eo consistens quod aut nimis est, aut non satis.

Vides igitur quomodo undique dubia consurgunt, ad quorum resolutionem oportet ordinate procedere, sequentium declaratione propositionum.

§ 1.

Quod siipreinum boiniin ail qnoil per intentionem operantis, omnes aetns Immani sunt ultimo referendi, est unum bonum, iinusque linis beatitudinis aeternae. Et qiiod, loquendo de quibuseumque actionibus rectis in liouesto usu quarum cumque rerum, prout debitae ac sanctae intentionis imperio subsunt, non est locus distinctioni inter directe vel indirecte tantum fini ultimo subordinatas, quia omnes sunt media direeta, per quas ascensiones in corde ponuntur, et itur de virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion.

Praeambuli loco praemittitur haec prima propositio ad vitandas aequivocationes quae facile occurrunt circa ordinem temporalium ad aeterna: ut scilicet in tuto sint generalia principia de actibus humanis, de ultimo fine, de charitate forma virtutum omnium, et ne quis existimet ea qualitercumque infirmari vel in discrimen adduci, propter ea quae infra dicentur de duobus finibus, quorum alter directe non sit sub altero.

Supponitur autem nota distinctio inter *finem operantis* et *finem operis.* Finis operis illud est ad quod suapte natura opus ordinatur, sicut aedificationis finis est domus, manducationis est nutritio, recreationis est conservatio virium corporis, etc. Finis vero operantis est, quem principaliter operans intendit, sicut finis eius qui aedificat domum, quandoque est lucrum; et finis eius qui cibo et potu et quibuslibet delectabilibus utitur, quandoque est sola delectatio, quandoque vero bonum virtutis seu temperantiae, atque ita porro. Nunc igitur, a *finibus operum* abstrahitur, ut solus consideretur *supremus ille finis operantis,* ad quem debent ultimo referri omnes quotquot sunt actus humani. Asseritur autem esse finis beatitudinis aeternae. In quo tamen observandum est, dupli-

cem esse beatitudinis acceptionem, prout beatitudo sumitur vel formaliter vel obiective. Obiectiva beatitudo est Deus ipse; formalis est creatus visionis intuitivae actus quo Deo beatitudinis obiecto uniemur. Et rursus, sive obiective sive formaliter sumpta beatitudo, duas rationes in se coniungit minime confundendas, prout vel bonum creaturae, vel Dei gloria in ea attenditur. Nam licet summum creaturae bonum et summa Dei gloria sint re omnino idem (unde et gratias agimus Deo propter magnam gloriam eius, quia id quod gloria ei est, beneficia nobis sunt) : adhuc tamen ratione sic distinguuntur, ut in primo non sit nisi finis ultimus *ut noster,* in altero vero finis ultimus *simpliciter et absolute.* Finis ultimus ut noster, est Deus ut quo possesso consequemur veram felicitatem, impletionem omnis nostri desiderii, perfectam omnium bonorum sufficientiam. Finis ultimus simpliciter et absolute, est idem Deus in beatitudine sese communicans, ut qui per ipsam beatitudinem perfecte est glorificandus, ut in quo super omnia dilecto pausabit amor beatificus, ut ad quem intuitive cognitum referemus totum quod in nobis erit, totum nostrum bene esse, totam nostram abundantiam, perfectionem, felicitatem; et sic nunc sumitur finis beatitudinis aeternae. In eodem scilicet sensu quem intendunt theologi, cum dicunt amorem charitatis esse amorem divinae bonitatis in quantum est beatitudinis obiectum, ut apud S. Thomam, 2-2, Q. 23, a. 4, et in III, D. 27, Q. 2, a. 2, et Q. disp, *de char.* a. 2, et alibi saepe.

Hunc ergo finem esse eum in quem oportet per intentionem operantis *recta* dirigi omnes omnino actus humanos, aperte nos docet Dominus in evangelio, cum ait primum et maximum mandatum in eo consistere, ut diligamus Deum ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente, et ex tota virtute nostra. Quod eleganter explicans Angelicus in opusculo *de perfectione citae spiritualis,* c. 3-5, praemittit tres esse perfectionis modos divinae dilectionis : unum qui competit soli Deo-, alterum qui

beatis comprehensoribus, tertium qui nobis in statu huius vitae de necessitate praecepti imponitur.

De primo gradu ait: Primus et summus gradus divinae dilectionis convenit soli Deo. Qui quidem modus consideratur ex parte dilecti et ex parte diligentis. Dico autem ex parte dilecti, ut scilicet aliquid tantum diligatur, quantum diligibile est. Ex parte vero diligentis, ut aliquid diligatur secundum totam facultatem diligentis. Cum autem unumquodque sit diligibile secundum quod est bonum, bonitas Dei cum sit infinita, infinite diligibilis est. Infinite autem diligere nulla creatura potest, quia nullius virtutis finitae potest esse actus infinitus. Solus ergo Deus, cuius est tanta virtus in diligendo, quanta est bonitas eius, seipsum perfecte diligere potest secundum primum perfectionis modum.

lam de secundo gradu qui proprius est comprehensoribus : Creaturae igitur rationali hic solus modus perfecte Deum diligendi possibilis est, qui sumitur ex parte diligentis, ut scilicet secundum suam totam virtutem creatura rationalis diligat Deum. Unde et in ipso divinae dilectionis praecepto manifeste hoc exprimitur. Dicitur enim Deut. VI-5: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitiidine tua;* sed Luc. X-27, additur: *et ex omni mente tua:* ut cor referatur ad intentionem, mens autem ad cognitionem, anima vero ad affectum, fortitudo ad exsecutionem; haec enim omnia in Dei dilectione sunt expendenda. Considerandum est autem, quod haec dupliciter impleri contingit. Cum enim totum et perfectum sit cui nihil deest, ex toto corde et anima et fortitudine et mente Deus diligetur, si nihil in his omnibus nobis desit, quin totum actualiter convertatur in Deum. Sed hic perfectae dilectionis modus non est viatorum, sed comprehensorum. Unde apostolus, Philip. III-I2 : *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim; sequor autem si quo modo comprehendam ;* quasi tunc perfectionem exspectans, cum ad comprehensionem perve-

nerit, beatitudinis palmam accipiens. Comprehensionem autem accipit, non secundum quod importat inclusionem aut terminationem comprehensi, sic enim Deus incomprehensibilis est omni creaturae, sed secundum quod comprehensio importat consecutionem eius quod in sequendo aliquis quaesivit. In illa autem coelesti beatitudine semper actualiter intellectus et voluntas creaturae rationalis in Deum feretur, cum in divina fruitione illa béatitude consistat; béatitude autem non est in habitu, sed in actu. Et quia Deo creatura rationalis inhaerebit tamquam ultimo fini; in finem autem ultimum omnia per intentionem referuntur, et secundum ultimum finem omnia exsequenda disponuntur: consequens est quod in illa beatitudinis perfectione creatura rationalis diliget Deum *ex toto corde,* dum tota eius intentio feretur in Deum ex omnibus quae cogitat, amat, aut agit; *ex tota mente,* dum semper actualiter mens eius feretur in Deum, ipsum semper videns, et omnia in ipso, et secundum eius veritatem de omnibus indicans; *ex tota anima,* dum tota eius affectio ad Deum diligendum feretur continue, et propter ipsum omnia diligentur; *ex tota fortitudine,* vel *ex omnibus viribus,* dum omnium exteriorum actuum ratio erit Dei dilectio. Hic est ergo secundus perfectae dilectionis divinae modus, qui est beatorum.

Tertio denique venit modus qui nobis viatoribus praecepto imponitur: Alio vero modo, ex toto corde, mente, anima, et fortitudine Deum diligimus, si nihil nobis desit ad divinam dilectionem, quod actu vel habitu in Deum non referamus; et huius divinae dilectionis perfectio datur homini in praecepto. Primo quidem, ut homo omnia in Deum referat sicut in finem, sicut apostolus dicit 1 Cor. X-31: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quod quidem impletur cum aliquis vitam suam ad Dei servitium ordinat, et per consequens, omnia quae per seipsum agit, virtualiter ordinantur in Deum, nisi sint talia quae a

Deo abducant, sicut sunt peccata. Et sic Deum diligit homo ex toto corde. Secundo, ut intellectum suum homo Deo subiiciat, ea credens quae divinitus traduntur, secundum illud apostoli, 2 Cor. X-5: *In captivitatem redigentes omnem intellectam in obsequium Christi.* Et sic Deus diligitur ex tota mente. Tertio, ut quaecumque homo amat, in Deo amet, et universaliter omnem suam affectionem ad Dei dilectionem referat. Unde dicebat apostolus, 2 Cor. V-13: *Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis; charitas enim Christi urget nos.* Et sic Deus ex tota anima diligitur. Quarto, ut omnia exteriora nostra, verba et opera ex divina charitate firmentur, secundum illud apostoli, 1 Cor. XVf-14: *Omnia vestra in charitate fiant.* Et sic Deus ex tota fortitudine diligitur. Hic est ergo tertius perfectae dilectionis divinae modus, ad quem omnes ex necessitate praecepti obligantur. Secundus vero modus nulli est possibilis in hac vita, nisi simul fuerit viator et comprehensor, sicut Dominus noster lesus Christus.

Tale, inquit, est praeceptum diligendi Deum ex toto corde, tota mente, tota anima, et tota virtute. Et si quidem consideretur hoc praeceptum secundum quod virtualiter negativum, sic obligat semper et ad semper: diversimode tamen, iuxta duplicem eius intentionem, primariam scilicet, vel tantum secundariam. Nam iuxta intentionem primariam iubet ut non fiat aliquid quod sit *contra* finem charitatis; iuxta secundariam, ut etiam non fiat aliquid quod sit *praeter:* illud per mortale peccatum, hoc per veniale. Si autem accipiatur ut affirmativum, sic non obligat semper et ad semper, sed solum identidem: quatenus identidem homo se convertat ad Deum tamquam ad dilectum super omnia, ei subiiciendo et ad beneplacitum voluntatis eius referendo omnes suas intentiones, potentias, affectiones, actiones, utique bonas et honestas. Unde ultro sequitur quod omnis actio bona et honesta, si substet, et in quantum substat ut debet, vel actu vel vir-

tute, imperio charitatis, medium est *directe positum* sub fine beatitudinis aeternae: illius dico beatitudinis in qua erit omni ex parte perfecta glorificatio divinae bonitatis, et creatura rationalis convertetur tota in ardentem fornacem amoris, cuius flamma sine intermissione aut defectu semper ascendet ante Deum.

Sic igitur, si de fine operantis loquamur, nonnisi unus verus finis ultimus est, ad quem omnia nostra referenda sunt: servitia, studia, negotia, administrationes et usus quarumcumque rerum, etiam pure mundanarum: ita scilicet ut omnes et singuli actus nostri, cuiuscumque ordinis vel materiae, si omni ex parte suae regulae conformentur, efficiantur vere meritorii, atque adeo, *directe* conducentes in dictum unicum finem cuius gratia conditi sumus, hoc est, in finem vitae aeternae. Et hoc quidem tamquam extra omnem possibilem controversiam praesupposito, suboritur iam quaestio, an et quomodo intelligi adhuc possit illa finium dualitas, praesertim cum indirecta tantum unius ad alium subordinatione, quae in praesenti capitulo obiectum nostrae investigationis est. Solutio autem petenda ex iis quae sequuntur.

§ 2.

Quod si nunc abstraetio fiat a fine operuistis, ut solus finis operis consideretur, sic sunt fines duo, et duo mediorum ordines: hinc bonum salutis aeternae ad <fuo<l referuntur media «piae dicuntur spiritualia, illinc bonum vitae praesentis ad (juo<l referuntur ea «piae temporalia» Et quod inter duos istos fines subordinatio directa non est, sed tamen indirecta, Quatenus bonum temporale sic est sui» spirituali, ut debeat non modo ei non obesse, verum etiam ei inservire tamipiam removens impedimenta, et subministrans conditiones sub <piibus libera esse possit at «pie expedita eius prosceut io.

Ut dictum est supra, finis operis ille est ad quem opus ordinatur ex natura sua, et in quem conducit secundum se,

praescindendo a modo et ordine qui ei supervenit ex intentione operantis. In hoc autem genere considerari possunt, vel fines proximi, fragmentarii, particulares, qui multiplicantur supra numerum,-pro singulorum multiplicatione operum, vel fines totales et completi in quos particulares collineant. Sicut alius est finis operis carpentarii, alius .caementarii, alius fabri ferrarii, alius lignarii, omnes tamen in unam domus perfectionem collineantes. Et similiter, alium finem habet ars architectonica, alium sartoria, alium culinaria, sed unus est finis totalis et completus, corporalis necessitas. Loquendo igitur *de finibus operum totalibus ac completis*› dico non esse nisi duos in suo ordine ultimos ac supremos, iuxta distinctionem duplicis vitae quam homo vivere habet: alius temporalis quae finitur ad mortem, alius spiritualis quae hic inchoata, nullum in futuro terminum novit.

« Duae quippe vitae sunt : una terrena, altera coelestis : « altera corporea, altera spiritualis. Una qua corpus vivit ex « anima, altera qua anima vivit ex Deo. Utraque bonum « suum habet quo vegetatur et nutritur ut possit subsistere. « Vita terrena bonis terrenis alitur ; vita spiritualis bonis spi- « ritualibus nutritur. Ad vitam terrenam pertinent omnia « quae terrena sunt. Ad vitam spiritualem, quae spiritualia « sunt bona omnia. Ut autem in utraque vita iustitia serve- « tur, et utilitas proveniat,... potestates sunt constitutae. In « laicis quippe, ad quorum studium et providentiam ea quae « terrenae vitae necessaria sunt, pertinent, potestas est ter- « rena. In clericis autem, ad quorum officium spectant ea « quae spiritualis vitae sunt bona, potestas est divina. Illa « igitur potestas saecularis dicitur, ista spiritualis nomina- « tur». Ita Hugo a 8. Victore, *de Sacr.* l. 2, part. 2, c. 4. Sed nondum est nobis de potestatibus sermo. Adhuc enim in consideratione finium consistimus, et de finibus adhuc loquendo dico, ipsam excellentiam finis spiritualis supra terrenum et temporalem, in causa esse cur unius ad alium di-

recta subordinatio'esse nequaquam possit. Tunc enim directa subordinatio est, quando finis inferior se habet ad superiorem ut medium, et quidem ut medium per se, id est proportionatum, cum semper oporteat ut ea quae sunt ad finem, proportionata sint ad finem inducendum. Nunc autem, inferioritas boni temporalis respectu spiritualis, sita]/praecise est in omnimoda disproportione, quae rationem viae seu medii directi non solum non compatitur, sed positive etiam excludit.

Felicitatem temporalem, mortalem, corporalem describens Psalmista ait: *Quorum filii sicut novellae plantationes in iuventute sua; filiae eorum compositae, circumornatae ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum foetosae, abundantes in egressibus eius; boves eorum crassae. Non est ruina maceriae neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui haec sunt* (1). Sed quid haec ad bonum virtutis, ad perfectionem animae, ad finem sempiternae beatitudinis: filios habere incolumes, filias ornatas, plena cellaria, abundantia pecora, nullam ruinam, nullum tumultum et clamorem in plateis, sed quietem, pacem, copiam rerum in domibus, in civitatibus? Certe non est ista felicitas per se conductiva ad alteram, non scala ad illam, non ex virtute suae formae ad illam disponens. Ergo nec finis sub fine directe positus, imo potius finis in suo ordine ultimus, ultra quem scilicet in linea recta non proceditur. Quid ergo dicemus? An propterea, mutuam duorum finium independentiam et veluti dearticulationem praedicabimus? Absit. Nam certe, cum Apostolus, 1 Tim. II-2, praecipiebat orandum esse pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus, adiungebat: *in omni pietate et castitate.* Sentiebat ergo, temporalem reipublicae quietem et pacem cedere in bonum religionis, adeoque et prosecutionis finis spiritualis. Et cum Dominus ipse iubebat nos, in oratione illa quae informativa

(1) Psalm. CXL1H-12, seq.

est totius nostri affectus, petere a Patre panem quotidianum (in quo quidem intelligitur omnis sufficientia praesentis vitae), satis inculcabat, et terrena coadiuvare nos suo modo ad ea quae sunt salutis aeternae. Et cum edocemur, bona quoque temporalia ad materiale obiectum spei theologicae pertinere, nullum dubium quin accipiantur secundum quod quaedam sunt adminicula, « quibus adiuvamur ad tendendum in bea- « titudinem, in quantum scilicet per ea vita corporalis susten- « tatur, et in quantum nobis organice deserviunt ad actus « virtutum » (1). Penique, quomodo fieri posset ut per intentionem operantis omnia referri debeant ad finem beatitudinis, sicut in § 1 dictum est, nisi omnia quoque quae operationis rectae obiectum sunt, ad finem istum aliqualiter pertinerent? Nam profecto, referre ad finem id quod fini nullatenus inservire natum est, absonum prorsus, et a recto dictamine rationis alienum. Dicendum itaque, aliquam esse procul dubio subordinationem finis temporalis ad spiritualem ; quae cum directa esse nequeat, restat ut sit indirecta. Sed quid, putas, indirectae subordinationis nomine venit?

Porro de hac subordinatione proportionaliter sentiendum est sicut de causa indirecta, quae dicitur dupliciter. Primo, quae non impedit, cum impedire possit, sicut si dicatur aliquis alium perfundere, quia non clausit fenestram per quam imber ingreditur. Secundo, et magis proprie, quae removet impedimenta, seu apponit conditiones sub quibus causa per se, ex virtute suae formae effectum ponens, liberum atque expeditum habet sui exercitium, sicut qui complanat seu aequat viam, causa indirecta dicitur et est ambulationis per eam.

Et secundum hanc analogiam sine difficultate intelliges subordinationem indirectam finis temporalis ad spiritualem. Quia finis temporalis, etsi sit alius ordinis ac spiritualis, in alia sphaera exsistens et ab aliis principiis pendens, adhuc tamen sic disponendus est: *ut primo, non sit impedimento fini*

(1) 8. Thom. 2-2, Q. 83, a. 6.

spirituali, et sicubi in oppositionem veniat, debeat omnino cedere, et detrimentum potius subire : *ut secundo, non solum non sit impedimento, sed sit etiam adminiculo*, idque per modum auferentis impedimenta, seu apponentis exteriores conditiones pacis, quietis, tranquillitatis, et sufficientis prosperitatis, sub quibus expedita atque imperturbata esse valeat, quantum status huius nostrae mortalitatis patitur, operatio salutis aeternae. Unde apparet, indirectam subordinationem temporalium ad aeterna non tollere positivam eorum ad illa vel utilitatem vel necessitatem. Quo fit ut per intentionem operantium, directe etiam ad finem spiritualem referri queant ac debeant. Quidquid enim quocumque modo fini inservire natum est, directe cadere potest sub intentione intendentis finem (1).

Sed iam, a subordinatione finium facilis transitus erit ad subordinationem potestatum.

§ 3.

Qwo<! eodem enodo debent snbordinari potestates, «pio modo snbordinantisr fines* sed ({iioemn providentiam potestates sont constitutae. Et «psod naturae rerum consentaneum est ut potestas temporalis subsit spirituali, non (piidem pes respectum ad proprium suum temporalem finem, sed per respectum ad spiritualem, pro (juanto scilicet, nec pius nec minus, interesse finis spiritualis in temporalibus implicatur, et conveniens eius promotio iis animis hominum, de armis etiam «piae saeculari societati propria sunt, recpiirit adiutorium.

Haec assertio est mera applicatio praecedentis doctrinae ad duas potestates quibus mundus regitur. Nondum attingit

(1) Apparet itaque quod finis directe subordinatns alteri consideratur ut causa per se, quae propria virtute movet ad illuni. Finis vero snbordinatiis alteri solum indirecte, consideratur ut causa per accidens, quae se habet ut removens prohibens.

positivos fontes ex quibus subiectio Status ad Ecclesiam theologice demonstratur, sed solum proponit quid sit naturae rerum rectoque ordini consentaneum; et secundum hoc, vix indiget nova declaratione, supra id quod praemissum est in paragraphe superiori. Et sane, oportet sumere attributiones, mensuram, ordinem et gradum potestatum, a finibus ad quos totae quantae sunt referuntur. Nam semper ea quae dicuntur secundum habitudinem ad aliquid, distinguuntur et specificantur secundum distinctionem eorum ad quae dicuntur. Unde Aristoteles in 1 *Ethic.* cap. 1, generalis principii loco ponit, facultates habere inter se easdem relationes, quas inter se fines servant; quae res adeo evidens per se est, ac perspicua, ut nullum contra se habeat vel apparens argumentum. Si igitur temporalium ad spiritualia indirecta subordinatio est, indirecta quoque potestatis temporalis ad potestatem spiritualem subordinatio sit necesse est. Quam pulchre per sequentem similitudinem Bellarminus illustrabit.

« Ut se habent in homine spiritus et caro, ita se habent « (in populo christiano) duae illae potestates. Nam caro et « spiritus sunt quasi duae respublicae, quae et separatae et « coniunctae inveniri possunt. Habet caro sensum et appeti- « tum, quibus respondent actus, et obiecta proportionata, et « quorum omnium finis immediatus est sanitas et bona con- « stitutio corporis. Habet spiritus intellectum et voluntatem, « et actus atque obiecta proportionata, et pro fine, animae « sanitatem et perfectionem. Invenitur caro sine spiritu in « brutis; invenitur spiritus sine carne in angelis; invenitur « etiam caro adiuncta spiritui in homine, ubi quia unam per- « sonam faciunt, necessario habent subordinationem et con- « nexionem. Caro enim 'subest, spiritus praeest, et licet spi- « ritus non se misceat actionibus carnis, sed sinat eam exer- « cere omnes suas actiones ut in brutis exercet, tamen quando « eae officiunt fini ipsius spiritus, spiritus carni imperat, « eamque castigat, et si opus est, indicit ieiunia aliasque af-

« fiictiones, etiam cum detrimento aliquo et debilitatione « ipsius corporis, et cogit linguam ne loquatur, oculos ne vi- « deant, etc. Pari ratione, si ad finem spiritus obtinendum « necessaria sit aliqua carnis operatio, et ipsa etiam mors, « spiritus imperare potest carni, ut se ac sua exponat, ut in « martyribus videmus. Ita prorsus politica potestas habet suos « principes, leges, indicia, etc. Et similiter ecclesiastica suos « episcopos, canones, iudicia. Illa habet pro fine temporalem « pacem, ista salutem aeternam. Inveniuntur quandoque sepa- « ratae, ut olim tempore apostolorum, quandoque coniunctae « ut nunc. Quando autem sunt coniunctae, unum corpus ef- « ficiunt, ideoque debent esse connexae, et inferior superiori « subiecta et subordinata. Itaque spiritualis non se miscet « temporalibus negotiis, sed sinit omnia procedere sicut an- « tequam essent coniunctae, dummodo non obsint fini spiri- « tuali, aut non sint necessaria ad eum consequendum. Si « autem tale quid accidat, spiritualis potestas potest et debet « coercere temporalem omni ratione ac via quae ad id neces- « saria esse videbitur (1) ».

Ubi vides, temporalem potestatem quae praesidet rebus mundanis, nequaquam poni sub spirituali, ratione sui proprii finis: sed, conformiter ad superius dicta, eatenus tantum asseri subiectam, quatenus debet temporalia ordinare negotia eo modo qui non sit impedimento fini spirituali, tum praeterea positivum praestare famulatum, si quando contingat ut ad removenda impedimenta quae eidem spirituali fini aliunde obsunt, media quoque quibus ipsa instruitur, sint necessaria. Quamobrem, civilis potestas adhuc dicitur et revera est in suo ordine suprema, quia ad illam fit ultima resolutio in sua sphaera, seu ' in tota communitate quae illi subest : dum a tali principe supremo omnes magistratus qui in tali communitate vel in parte eius potestatem habent, pendent: ipse vero princeps nulli superiori in ordine ad finem

(1) Bellarin. de Roni. Pont. l. 5, c. 6.

civilis gubernationis subordinatur. Verumtamen, quia ordo temporalis et civilis ad spiritualem et aeternum referendus est, hinc fit ut materia ipsa potestatis civilis aliter quandoque dirigenda et gubernanda sit, et media eius in alia etiam ministeria debeant impendi, quam si sola civilis ratio exsisteret. « Et tunc, quamvis temporalis princeps, eiusque po-
« testas, in suis actibus directe non pendeat ab alia potestate
« eiusdem ordinis, et quae eumdem finem tantum respiciat:
« nihilominus fieri potest ut necesse sit,, ipsum dirigi, adiu-
« vari, vel corrigi in sua materia a superiori potestate gu-
« bernante homines ad excellentiorem finem, et aeternum.
« Et tunc illa dependentia vocatur indirecta, quia illa supe-
« rior potestas circa temporalia non per se aut propter se,
« sed quasi indirecte et propter aliud interdum versatur (1) ».

Et haec sunt quae velut a priori ostenduntur requiri ad bonum ordinem in societate humana ; imo cedere in maximum emolumentum ipsiusmet civitatis politicae, si modo verum est, prosperitatem civitatis non consistere in tranquillitate quam sola vis materialis gignit, sed in ea potius quam fovent boni mores, firmat religio, et tutatur status vere consentaneus fini ob quem factus est homo secundum quod homo. De qua re infra, cum ad particularia ventum erit, amplior sermo habebitur. Intérim vero, non in solis considerationibus a priori oportet nos remanere, sed quid de potestatibus et ordine earum per ius positivum evangelicum constitutum sit, iam nunc videndum est.

§ 4.

Quod Ecclesia non accepit a Cbristp potestatem ullam temporalem sive politicam, et quod directam in saccularia iurisdietionem ipsa sibi nunquam vindicavit»

In hac assertione facillime, nunc saltem, convenient omnes. Quod si qui olim, quos recenset Bellarminus *(de Rom. Pont.*

(1) Suarez, Defens. fid. l. 3, c. 5.

l. 5) c. 1), in partem oppositam declinaverunt, vix ac ne vix quidem sunt attendibiles. Nam vel fuerunt iurisconsulti in theologia parum versati, vel theologi sat obscuri nominis, ut Augustinus Triumphus, AIvarus Pelagius, etc. Quorum rationes, si quid demonstrant, demonstrant potius absolutam causae inanitatem.

Probatur ergo breviter, quia ut dicit Suarez in defens. fid. l. 3, c. 5, si cui dedisset Christus aliquam temporalem potestatem seu iurisdictionem, maxime Petro quem suae Ecclesiae caput constituit. Petro autem non donasse, satis colligitur ex Mattii. XVI-19, ubi ante illa verba: *Quodcumque ligareris*, et, *quodcumque solveris,* praemittit Christus promissionem : *Tibi dabo claves regni coelorum.* Non ergo promisit Christus Petro claves regni terreni, ac proinde non promisit temporale dominium, vel iurisdictionem temporalem directam, sed spiritualem potestatem. Quocirca, quod statim Christus addit: *Quodcumque ligaveris,* vel, *quodcumque solveris, secmi*dum potestatem quam nomine clavium promiserat, sine dubio intelligendum est. Et similiter verbum, *pasce oves meas,* secundum eamdem potestatem intelligendum est, nam ibi promissionem prius factam Christus adimplevit. Et confirmatur, quia ipse non reliquit in terris nisi vicarium illius regni quod de facto inter homines degens ipse sibi assumpsit. Regnum autem quod in vita mortali assumpsit, illud est de quo dicit ad Pilatum : *Regnum meum non est de hoc mundo,* scilicet non temporale et terrenum, quale est regnum Caesaris. « Non « enim rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exer- « citum ferro armandum, hostesque visibiliter debellandos; « sed rex Israel, quod mentes regat, quod in aeternum con- « sulat, quod in regnum coelorum credentes, sperantes, aman- « tes que perducat». Ita Augustinus, tract. 51 in loan. n. 4. In cuius verbis, totius traditionis consonam sententiam audire est, quin opus sit in re adeo aperta longius progredi citatione auctoritatum.

Unde ipsi Pontifices Romani finio conclusioni ultro et diserte attestantur. Pulcfire Nicolaus I. epist. 86 ad Micfiaelem imperatorem: « Fuerunt haec ante adventum Christi, ut qui-
« dam typice reges simul et sacerdotes exsisterent; quod san-
« ctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia, quodque in
« membris suis diabolus imitatus, utpote qui semper quae
« divino cultui conveniunt, sibimet tyrannico spiritu vindi-
« care contendit, ut pagani imperatores iidem et maximi pon-
« tifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est. eumdem
« regem et pontificem, ultra sibi nec imperator iura pontifi-
« catus arripuit, nec pontifex nomen imperatorium usurpavit.
« Quoniam idem mediator Dei et hominum homo Christus
« lesus sic actibus propriis, et dignitatibus distinctis, officia
« utriusque potestatis discrevit, propria volens medicinali
« humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in
« inferna demergi, ut et christiani imperatores pro aeterna
« vita pontificibus indigerent, et pontifices pro cursu tempo-
« ralium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur:
« quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus ». Ubi vides potestates non solum secundum se, verum etiam secundum subiecta, regulariter saltem loquendo discretas. Et dico, regulariter saltem loquendo, quia per haec minime prohibetur quin in eadem persona, particularis quidam civilis principatus et potestas spiritualis simul coniungantur, uti infra, de immunitate ecclesiastica et de convenienti eius praesidio in dominio temporali Sedis apostolicae loquentes ostendemus. Intérim vero, id saltem aperte eruitur: politicum principatum non esse in quibuscumque Ecclesiae pastoribus ex instituto et donatione Christi, adeoque Ecclesiam qua talem, nullam sibi in saecularia directam potestatem arrogare. Eamdem conclusionem prae se ferunt decretales Innocentii IU, cap. *Novit,* de indiciis, et cap. *Venerabilem,* qui filii sint legitimi, et cap. *Solitae,* de maioritate et obedientia. In idem quoque

collineat protestatio in consistorio habita a Bonifacio VIII, tempore litis exortae inter ipsum et Philippum IV Galliae regem : *Petrum Flotam imposuisse Pontifici, quod manciasset regi ut recognosceret regnum ab ipso. Quadraginta iarn annis se expertum esse in iure, et scire duas esse potestates ordinatas a Deo. Quis ergo deberet rei posset credere tantam fatuitatem, tantam insipientiam fuisse rei esse in capite suo? Protestari se, quod in nullo rellet usurpare iurisdictionem regis ; regem tamen negare non posse, quin esset Pontifici subiectus rationi peccati.* Subdit autem Spondanus, Ann. eccl. ad annum 1302, n. 11: « Hinc aperte probari, quantum Bonifacius alienus fuerit ab « illo supercilio quod plerique omnes ei impingunt, de subie- « ctione temporali regnorum omnium, et quo sensu eam in- « tellexerit. Quem eumdem ipsum fuisse existimamus, quo « olim Innocentius III, cum ab aliquibus culparetur quod in « Philippum Augustum regem Francorum commotus fuisset « occasione belli ab eo illati loanni Angliae regi, scribens pa- « riter ad praelatos Galliae testatus est, non se iurisdictio- « nem regis perturbare aut minuere intendere, aut indicare « de feudo, cuius ad regem spectaret indicium, sed decer- « nere de peccato, cuius ad ipsum Pontificem pertineret sine « dubitatione censura, quam in quemlibet exercere posset ac « deberet.... Quo etiam sensu accipienda celebris illa ab eodem «Bonifacio edita constitutio, quae incipit *Unam sanctam,* de « auctoritate et potestate Ecclesiae, duplicique gladio ei a « Christo tradito ».

Sed haec nos iam evocant ad subordinationem indirectam duarum potestatum, quam ius evangelicum tanto certius ponit, quanto apertius directam excludit. De qua proinde sit ultima huius capituli propositio.

§ 5-

Quoti Ecclesia, accepit a Christo plenam auctoritatem super haptizatos in ordine ad finem salutis aeternae, et Quod idcirco, in societatibus Christianorum potestas saecularis iure divino indirecte subest iurisdietioni ecclesiasticae.

Plena certe, atque in suo ordine illimitata est potestas data Petro, et per Petrum Ecclesiae, gubernandi cunctos fideles versus finem vitae aeternae. Talem enim potestatem continent *claves regni coelorum*, principi apostolorum collatae; talem potestatem significant verba: *quodcumque solveris, quodcumque ligaveris super terram* ad eum directa: talem potestatem importat commissum ei ofiicium *pascendi oves et agnos*, uti ex dictis in Qq. 11 et 13, satis superque constat. Sed omnimoda haec plenitudo importat procul dubio, respectu eorum omnium qui ovile Christi per baptismum ingressi sunt, iurisdictionem sese extendentem ad omnia media, etiam indirecta, in finem requisita; inter quae eminet praelaudatum illud erga religionem temporalis regiminis servitium ac famulatus. Dicendum ergo quod ius evangelicum positive instituit in societatibus Christianorum, eam ipsam subordinationem civilis auctoritatis ad ecclesiasticam, quam supra, § 3, vidimus intercedere de iure naturali inter politicam et religiosam potestatem in genere.

Hanc conclusionem magis explicat Suarez, rem considerando, tum ex parte principis christiani qui subiectum est politicae potestatis, tum ex parte populi in quem illa exercetur. Ex parte quidem principis. Nam, inquit, princeps christianus spiritualiter subditus est Petro; et potestas spiritualis data Petro universalis est ad omnes actus subditorum dirigendos, quibus vita aeterna perdi vel comparari potest; et unus ex

his actibus in christiano principe est‘debitus usus potestatis gubernativae, quia si illa iuste non utatur, condemnabitur. Ergo ad pastorem spiritualem talis principis pertinet facultas dirigendi illum in usu temporalis potestatis, pro quanto animae ubesse vel prodesse potest, quemadmodum inculcat Gelasius I, epist. 8, ad Anastasium imperatorem: «Duo quippe « sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic « regitur, auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas. In « quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam « pro ipsis regibus Domino in divino reddituri sunt examine « rationem ». Sed ex parte subditorum principis adhuc magis urget ratio. Nam pontifex in vi muneris sibi a Christo commissi, tenetur habere curam spiritualem totius populi Christiani, et avertere ab eo spiritualia incommoda quae ex abusu potestatis temporalis in eum possunt redundare. Ergo, hoc etiam titulo necesse est ut potestas spiritualis ad temporalia indirecte extendatur, rdirigendq/ ubi oportuerit, potestatem politicam ne ita temporalia disponat, ut spiritualibus noceant. Ergo rursus, in potestate spirituali Ecclesiae includitur, sensu saepe iam declarato,' directiva vis temporalium (1).

Et articulus quidem primus Declarationis Gallicanae anni 1682, a summis Pontificibus Innocentio XI, Alexandro VIII, et Pio VI in bulla *Auctorem fidei,* iteratis vicibus quoad omnia et singula in ea contenta condemnatae, sic ferebat: « Beato « Petro eiusque successoribus Christi vicariis, ipsique Ecclesiae, rerum spiritualium et ad aeternam salutem pertinentium, non autem civilium ac temporalium a Deo traditam « potestatem, dicente Domino: *Regnum meum non est de hoc mundo*› et iterum: *Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari,* « *et quae sunt Dei Deo,* ac proinde stare apostolicum illud: « *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est* « *enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae* ‹· *sunt; itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Re-

(1) Ita fere Suarez, *Defens. fidei,* l. 3, c. 22.

« ges ergo et principes in temporalibus nulli ecclesiasticae «potestati Dei ordinatione subiici... directe vel indirecte... « Eamque sententiam publicae tranquillitati necessariam, nec « minus Ecclesiae quam Imperio utilem, ut verbo Dei, Pa- « trum traditioni, et Sanctorum exemplis consonam, omnino « retinendam. » Ubi vides auctoritates Scripturae quae ad rem praesentem nihil attinent, sat temerarie produci; omitti autem eas quae vere faciunt, praesertim vero illud Petro a Christo Domino dictum: *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* In quo intelligitur collata omnis potestas ad ovile gubernandum, ac per hoc, potestas pascendi omnes oves ut eis convenit, cogendo singulos christianos ut eo modo Deo serviant, quo secundum suum statum servire debent. Atqui debet princeps temporalis Deo servire defendendo et iuvando Ecclesiam ex iis quibus qua princeps instruitur mediis, ut ex iam dictis patet, et magis patebit ex dicendis. Ergo etiam, loquendo nunc secundum normam iuris, potest ac debet Ecclesiae pastor iubere principibus ut suum officium adimpleant, et nisi adimpleverint, cogere per eas commodas rationes quas ratio et adiuncta temporum permiserint.

Haec sunt quae de potestate indirecta Ecclesiae supra temporales principes qua tales, certissime eruuntur ex verbis Christi Dei ac Domini nostri, dum ipsam instituendo Ecclesiam, supremum eius caput Petrum ordinabat, totius sui gregis curam ei committens. Haec sunt quae aliunde recto ordini per omnia noscuntur congruere: nam sicut aequum est, corpus animae subiici, et temporalia ad sempiterna referri, eisque subordinari, ita necessarium erat ut in Christi Ecclesia, politica potestas sacerdotali esset subiecta, ut ab ea in aeternam beatitudinem dirigeretur, et sicubi ab eo fine deflecteret, emendaretur ac corrigeretur. Haec denique sunt quae tam constanti tamque unanimi theologorum sensu semper retenta sunt, et Pontificum praesertim atque oecumenicorum etiam conciliorum usu et praxi tam solemniter firmata, ut opinio contraria,

Bellarmino teste, non tam opinio quam haeresis antiqua dicenda sit.

Plus quam septuaginta auctores in medium adducit ipse Bellarminus in praefatione tractatus adversus Gulielmum Barclaium, inter quos eminent, ex Italis S. Thomas, 8. Boiiaventura, Aegidius Romanus, 8. Antoninus, Caietanus ; ex Gallis 8. Bernardus, Paludanus, Durandus ; ex Hispanis S. Raymundus, Turrecremata, Soto, Bannes, Valentia, Molina; ex Germanis Hugo a 8. Victore, Henricus Gandavensis, Dionysius Carthusianus, loannes Driedo ; ex Anglis Alexander Alensis, loannes Baconus, Thomas Waldensis, Reginaldus Polus, etc. Tum refert illustria historiae ecclesiasticae facta, nemini non cognita, et pro tanto, speciali nunc mentione non indigentia.

Quae si bene consideraveris, facile perspicies quid sentiendum de explicatione a quibusdam proxime elapsi saeculi catholicis liberalibus proposita. Qui cum non auderent directe contraire tantis auctoritatibus, et culpare pontifices tamquam de abusu vel iniqua usurpatione potestatis, dixerunt eos merito in rebus politicis indicium exercuisse, id tamen non in vi suae auctoritatis pontificiae, sed solum in vi iuris publici tunc vigentis in Europa, seu ratione consensus vel expressi vel taciti Christianorum populorum, qui supremum moderatorem ordinis etiam politici Romanum Pontificem instituerant. Sed hoc, quam inconsiderate dictum sit, luculenter apparebit vel ex prima inspectione documentorum. Expresse enim appellant Pontifices ad potestatem ligandi quam in beato Petro acceperunt, ad auctoritatem lesu Christi cuius vices in terra gerunt. Concilium quoque Lugdunense I, in canone *Excommunicamus,* ea auctoritate manifeste agit, quae Ecclesiae divinitus collata est ad fidei custodiam, securitatem, defensionem et praesidium. Aliunde vero, quid magis inauditum in tota retro traditione, quam ineptus ille recursus ad ius publicum medii aevi? Et dico ineptum, quia sic, ne sensum

quidem amplius habet distinctio inter potestatem directam et indirectam, universaliter apud theologos receptam. Quippe, indirecta potestas in temporalia omnino non intelligitur nisi in se spiritualis, et ad temporalia sese extendens, non per se, sed per accidens, hoc est, ratione habitudinis ad spiritualia. Quod si forte ius publicum medii aevi appellare placet agnitionem et publicam professionem iuris divini evangelici in christianitate medii aevi obtinentem, sic fuit conditio ad hoc ut posset de facto exerceri indirecta illa pontificum potestas. Si autem intelligitur ius constitutum per voluntatem populorum, e quo ortum habuisset potestas ipsa, sic assertio est erronea, contra quam protestantur omnia hactenus dicta. Quibus adde, coronidis loco, bullam Bonifacii VIII, *Unam sanctam*, cuius processus hic est: Ecclesia, inquit, extra quam non est salus, una est. Unius Ecclesiae unum est caput, Christus videlicet, et Christi vicarius Petrus. In societate autem christiana requiritur duplex potestas, seu duplex gladius, temporalis et spiritualis ; sed ille pro Ecclesia, hic ab Ecclesia exercendus; hic sacerdotis manu, ille manu regum et militum sub directione sacerdotis. Oportet enim gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati, quia utraque potestas a Deo est: quae autem a Deo sunt, ordinata sunt. Ideo, qui praedictae subordination! resistit, Dei ordinationi resistit, nisi fingat duo esse principia, unum a quo potestas spiritualis, alterum a quo temporalis, quod manichaeum est. « Porro, subesse Romano Pontifici omni « creaturae humanae declaramus, dicimus, definimus et pro- « nuntiamus omnino esse de necessitate salutis ». In quo quidem, de iure publico medii aevi, nihil.

Itaque, omnia haec explicationum tentamina nullius valoris sunt, et nihil aliud produnt quam non sat deplorandum timorem integralis veritatis : qui proprius morbus est catholicorum liberalium. Nam cum virus principiorum Revolutionis adeo imbuerit coaevorum mentes, ut risu digna et paradoxis

similia plerisque videantur theocratica illa de subordinatione politici ordinis ad religiosum principia, hinc est quod resistere non audent, et palliativa quaerunt, et putant se anteactorum temporum defensionem haud ahter suscipere posse, quam legitimando ex contingenti et mutabili iure humano, illustria illa historiae ecclesiasticae facta, quae modernis ideis ac praeiudiciis repugnant. Sed hoc est erubescere evangelium. A quo peccato immunes nos servet Deus. Ideo, in incepta via perseverando, dicendum nunc de his quae ad hactenus expositam subordinationem consequuntur.

QUAESTIO XIX.

DE HIS QUAE AD SUBORDINATIONEM CONSEQUUNTUR

In iis quae consequuntur ad sudordinationem duo occurrunt consideranda. Erimum est de officiis Status erga Deum et Ecclesiam. Alterum est de conventionibus quae sub nomine concordatorum quandoque fiunt inter ecclesiasticam et civilem potestatem. Et circa primum quaeruntur quatuor: Utrum officium Status sit profiteri religionem ; utrum, protegere et defendere Ecclesiam ; utrum, prohibere falsos cultus ; utrum, coercere perturbatores religionis et corruptores fidei, etiam, ubi opus fuerit, vi materiali adhibita. Circa secundum quaeruntur duo: Utrum concordata habeant ex parte Ecclesiae rationem privilegiorum Statui concessorum, et siquidem affirmative, utrum nihilominus sint veri nominis conventiones quae ex iustitia obligant utramque partem.

ARTICULUS PRIMUS

DE' OFFICIIS STATUS ERGA DEUM ET ECCLESIAM

Consideranda nunc veniunt quaesita priori loco recensita. In quorum discussione et resolutione supponetur primo, Status constans hominibus christianis, quia profecto de infidelibus sermo nunc esse non potest, cum infidelium ad Ecclesiam nulla subordinatio sit. Supponetur praeterea, Status constans horni-

nibus non modo baptizatis, verum etiam catholicis, quia etsi in haereticos Ecclesia habeat eadem iura ac in suos, tamen respectu Status heterodoxi, nulla est via qua ius possit in usum et praxim deduci, ut constat. Imo tertio, supponetur Status constans hominibus catholicis, et in iis regularibus conditionibus quae intra fines christianitatis exsistebant, priusquam principia liberalismi mores publicos corrupissent. Ratio est quia, etsi officia Status in re religiosa, ab eiusmodi mutationibus quoad se minime dependeant, dependere tamen possunt quoad possibilitatem executionis. Porro ab executione officii excusat certo certius impossibilitas. Excusat, inquam, pro mensura et ratione impossibilitatis, de qua indicium prudentiae est, ex multarum circumstantiarum aestimatione formandum, omnibusque modis extra sphaeram praesentis disputationis repositum. Quapropter, ut omni inutili et ad rem impertinenti cavillationi praecludatur aditus, aequum est supponere regulares illas conditiones quae liberum relinquunt campum expositioni principiorum, quin importuna opponatur de calamitate temporum petita exceptio.

Sed nota intérim bene quod etiamsi fingeres contra omnem verosimilitudinem, conditiones istas nullibi nunc, *et ne partialiter quidem,* in mundo inveniri, adhuc non supervacanea, otiosa, aut mere platonica tibi videri deberet doctrina haec praesens, quae habet, quacumque hypothesi facta, triplicem utilitatem. Nam scopus eius est prae primis speculativus, ut appareat quid per se rectus ordo exigat. Est deinde apologeticus, ut anteactorum temporum vindicetur ratio, quando auxilio brachii saecularis utebatur Ecclesia, et reges terrae sese regni Dei defensores exhibebant. Est denique polemicus contra catholicos illos qui sub praetextu necessitatis cuius nos domini non sumus, atheismum Status non tam tolerant ac subeunt, quam laudant et approbant, grande in hoc peccatum peccantes, et duplici de causa. Primo quia, etsi irreligiositati seu indifferentiae Status suam privatam vitam non conforment, tamen

huic rei per se absurdae et vili pro parte sua consecrationem afferunt, similes illis christianis de quibus loquebatur Tertullianus, qui idola non adorantes, idola fabricabant et adoranda vendebant. Secundo quia ab Ecclesia dissentiunt, et quantum in ipsis est, consummant cladem veritatis, quae etiam oppressa, quamdiu non sine protestatione opprimitur, suum influxum suumque in mundo principatum aliqualiter servat; amittit autem, semel ac in indicatam rem definitive transit, bonum esse id quod malum est, et iustum quod iniustum (1).

His igitur praemissis, et ut par est consideratis:

Quod Status officiiwn liabet |>s'ofitendi religionem.

Qua in re per prius observa, nomine Status non venire nunc abstractionem quamdam, et nescio quod ens rationis separatum, exsistentiam habens in solis codicibus seu chartis constitutionum. Ens enim rationis nec subiectum iuris est,

(1) « Le pouvoir non chrétien, n'eût-il aucune autre religion, c'est le « mal, c'est le diable, c'est la théocratie à l'envers. Si nous sommes forcés de subir ce malheur et cette honte, le malheur et la honte se- « rout plus grands encore pour le monde que pour nous. Nous nous en '< tirerons par la grâce de Dieu, et seuls nous en pourrons tirer le monde. 7< Mais provoquer, fabriquer de nos mains un gouvernement athée par principe, donner le sacre à cette chose absurde et vile, ce serait tra- « bison envers le genre humain. L'humanité nous en demanderait compte devant Dieu. Elle nous accuserait d'avoir éteint la lampe, d'avoir été « les complices des ténèbres où siégeait la mort. Il me semble entendre « Tertullien s'adressant au chrétien fabricateur d'idoles : *Peux-tu prêcher « un seul Dieu, toi qui en fais tant d'autres î prêcher le vrai Dieu, toi qui ll en fais de menteurs? Je les fais, diras-tu, je ne les adore pas. Même est « la raison qui défend de les adorer, même la raison qui défend de les fa- « briquer ; c'est des deux côtés l'offense à Dieu. Mais tu les adores, toi par « qui l'on peut les adorer. Tu leur es plus qu'un prêtre, car c'est par toi « qu'ils ont des prêtres, et c'est ton travail qui fait leur divinité ».* 111. lib. § II.

nec potest obstringi officio. Sed Status in praesenti accipitur pro iis qui principatum gerunt, qui auctoritatem exercent tam legislativam quam exsecutivam, quique tamquam potestate fungentes, civilem societatem repraesentant. Quibus duplex incumbit ordo officiorum: et secundum quod homines publici sunt, et secundum quod privati, utroque modo indicio Dei obnoxii, iuxta memoranda illa libri Sapientiae verba in superioribus iam recitata: « Audite ergo, reges, et intelligite, di-
« scite indices finium terrae. Praebete aures, vos qui conti-
« netis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum.
« Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab
Altissime, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes
scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non
recte indicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque se-
« eundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito ap-
« parebit vobis, quoniam indicium durissimum his qui prae-
« sunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, poten-
tes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet
« personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem
« cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequa-
liter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior in-
« stat cruciatio. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei,
« ut discatis sapientiam, et non excidatis ». Sap. VI-2, et seq.

Dico ergo quod Status obligatur ad professionem religionis, et illius religionis quam Deus ipse instituit, qua ipse coli vult, quaeque in praesenti oeconomia, nulla alia est quam religio christiana catholica. Et ratio est quia dependet a Deo civitas, sicut ab eo dependet homo individuus, cum aliud civitas non sit quam concors hominum multitudo, cuius primus auctor, conservator, rector et gubernator Deus. Ergo, sicut homo individuus, ad hoc ut debitus ordo servetur, religari debet ad Deum vinculo religionis, ita prorsus et civitas. Civitas autem qua talis non religatur Deo, nisi per hoc quod suis institutis et legibus religionem profitetur. Ubi vides generalem

nunc rationem in medium afferri subiectionis ad Deum, et dependentiae a Deo. Sed notandum quomodo ratio ista, nedum pro solis privatis hominibus valeat, potioribus adhuc titulis, iis quae ad Statum pertinent, applicatur.

Et primo quidem, quia Status nihil aliud est quam homo associatione amplificatus, in aciem communitatis instructus, et ipsa unione virium in plenam potentiam excrescens. Si ergo solus privatus homo qua talis teneretur obligatione reverentiae, adorationis, aliorumque religionis officiorum erga Deum: hoc ideo esset quia subiectio hominis ad suum Creatorem certis circumscripta foret limitibus; exsisteret ad summum ratione relativae debilitatis, relativae imperfectionis, relativae insufficientiae individui; cessaret autem, ubi humana potentia absolutam sui ordinis attingit perfectionem. Et hoc ipsum principium est ex quo vulgo dictitant, religionem convenire pueris et feminis, tenellae nimirum aetati, vel sexui debiliori; principium est exquisitae impietatis, quo nihil intolerabilius, Deo iniuriosius nihil; imo vero, principium puri putidique atheismi, quia vel Deus omnino non est, vel si est, ipse est sub quo curvantur qui portant orbem, ipse quem adorant Dominationes et tremunt Potestates.

Secundo quia Status continet multitudines et publicis rebus praesidet. Oportet autem quam maxime publicum esse cultum Dei, cuius gloriam enarrat firmamentum, cuius magnificentia elevatur super coelos, cuius admirabile est nomen in universa terra. Quomodo ergo a professione religionis eximeretur Status, a quo maxima ex parte pendet cultus publicitas, pendet publica observatio festorum, pendent publicae religionis demonstrationes? Et nos quidem, a diebus Revolutionis sic assuefacti sumus, ut regularis iam nobis videatur illa civitatis ordinatio, secundum quam absque participatione publicae potestatis adoratur Deus. Unde etiam apud multos nefandum illud praeiudicium inolevit, religionem esse rem individualem, rem privatam, rem in conscientiae latebris abscon-

dendam, aut certe intra angustos templorum parietes studiose claudendam. Quasi non esset dignus Deus qui in lumine solis coleretur; quasi non dixisset Christus: *Praedicate super tecta,* et iterum: *Qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, et Patris, et sanctorum angelorum.*

Tertio quia maxima est Status apud populum auctoritas, iuxta verissimum illud poetae dictum: *Pegis ad exemplum totus componitur orbis; mobile mutatur semper cum principe vulgus.* Propter quod merito dixit Sapiens, Eccli. X-2: *Qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.* Re enim vera, videmus religionem vilescere in aestimatione vulgi, ubi ab eis qui in sublimitate sunt, negligitur, atque earum rerum loco reponitur, quas indignum est potentatibus dominari. Gravissima igitur obligatione tenetur Status praeire exemplo, non ponendo sua abstensione petram scandali et lapidem offensionis, omni etiam positiva persecutione peiorem (1).

(1) « L'erreur du catholicisme libéral ne pouvait venir à l'esprit d'un « homme qui aurait vécu parmi le peuple, et qui verrait les difficultés sans « nombre que la vérité, surtout aujourd'hui, éprouve à descendre et à se « maintenir dans ces profondeurs où elle a besoin de toutes les protections, « mais plus particulièrement de l'exemple d'en haut. Le peuple attache « une idée de mérite intellectuel à la situation, à la force, au coinman- « dement. L'inférieur se laissera difficilement persuader qu'il doit être « chrétien quand son supérieur ne l'est pas. Et le supérieur lui-même « a quelquechose de cette idée, car l'élévation morale de son inférieur « le désoblige, l'irrite, et lui devient promptement odieuse. De là le « zèle non moins ardent qu'insensé et coupable, avec lequel tant de mi- « sérables travaillent à détruire la religion dans l'âme de leurs subor- « donnés. Que l'Etat cesse do pratiquer officiellement le culte, qu'il « rompe, qu'il cesse de prendre part aux cérémonies, que cela se dise « et se voie: ce serait déjà une persécution, et il n'y en aurait pas de « plus dangereuse peut-être. On s'en apercevrait peu immédiatement «dans les villes; les riches, pendant un temps, ne s'en apercevraient « pas du tout; mais dans les campagnes ce serait un fait immense et « désastreux. Je ne dis rien des autres conséquences do l'athéisme de

Quarto quia Status qua Status, minister est Dei, ac per hoc, obligatus Deo, nom solum communi titulo creationis, verum etiam speciali ratione ministerii. *Cum essetis,* inquit Scriptura ubi supra, *ministri regni illius.* Et rursus, Rom. XIII-1 et seq. : « Non est enim potestas nisi a Deo ; quae « autem sunt, a Deo ordinatae sunt.... Vis autem non timere « potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa: *Dei enim « minister est tibi in bonum.* Si autem malum feceris, time ; « non enim sine causa gladium portat. *Dei enim minister est, « vindex in iram ei qui malum agit.* Ideo necessitate subditi « estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscien- « tiam. Ideo enim et tributa praestatis : *ministri enim Dei « sunt, in hoc ipsztm servientes* ». Atque hinc statim concludit Apostolus: *Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal,* conclusione prorsus consona illi sententiae qua iubemur in evangelio *reddere quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo.* Ubi profecto, ea quae sunt Dei non sic opponuntur eis quae sunt Caesaris, ac si Caesar et Deus essent duo domini a se invicem independentes et ad se invicem contrapositi, uti vult monstruosa et per omnem modum absurda doctrina Manichaeorum. Sed quae Caesaris esse dicuntur, illa sunt quae sub providentia et administratione Caesaris a Deo ipso fuerunt posita, eatenus reddenda Caesari, quatenus Caesari necessaria ad sustinenda onera commissi ministerii. Quod autem Caesar non sit minister Dei eo modo quo illi qui per excellentiam tales appellari solent, videlicet non in rebus ad divinum cultum et divinam religionem pertinentibus, sed tantum in rebus inferioris ordinis, seu temporalibus: id quidem ostendit quod Caesar non magis habet administrare religionem, quam quivis de populo ; minime vero facit quod non habeat

« l'Etat ; je me tiens aux seuls effets de l'exemple. Qu'on en calcule la « portée dans un pays qui a été catholique durant tant de siècles, et où « le baudrier du gendarme commence à être plus sacré pour la foule « que l'étole du curé. » *Illusion libérale,* H 35.

observare et profiteri eam. Sicut qui praeficiuntur operibus laborantium in agris, ministri principis non sunt eodem titulo quo illi qui praeficiuntur rebus palatii. Quis tamen inde deduceret eos eximi a communibus officiis obsequii et reverentiae erga principem? Imo duplici titulo tenentur, et quia subditi, et quia ministri. Idem nunc dic de Statu, et cum proportione ratiocinare.

Omnibus ergo modis stat obligatio Status circa professionem religionis. Addendum nunc est quod etiam se extendit ad eius protectionem et defensionem.

§ 2.

Quod Status officium habet protegendi ne defendendi Ecclesiam.

Id quidem sufficienter iam constaret, si vel solius interesse Status ratio haberetur. Neminem enim non commovebit quod dicit Augustinus scribens ad Marcellinum, adversus eos qui. (quod commune erat apud paganos saeculi V), Romanae reipublicae clades in religionem christianam referebant. « Proinde, inquit (1), qui doctrinam Christi adversam dicunt esse « reipublicae, dent exercitum talem quales doctrina Christi esse « milites iussit; dent tales provinciales, tales maritps, tales « coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales « servos, tales reges, tales indices, tales denique debitorum « ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecepit « doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse « reipublicae ; imo vero non dubitent eam confiteri magnam, « si obtemperetur, salutem esse reipublicae ». Tum, veras causas aperiens ex quibus pessum ire coeperat Respublica, easque ostendens reponendas esse in abiectione omnium civilium virtutum quibus primi Romani eminuerant, et in dira

(1) August. Epist. 138, n. 16, seq.

nequitia quae non muros urbis, sed mentes ipsius civitatis omni hoste peior irruperat, subdit: « Gratias Domino Deo « nostro, qui contra ista mala misit nobis adiutorium singu- lare.... In ista enim colluvie morum pessimorum et veteris « perditae disciplinae, maxime venire ac subvenire debuit coe- « lestis auctoritas, quae voluntariam paupertatem, quae con- « tinentiam, benevolentiam, iustitiam, atque concordiam, ve- « ramque pietatem persuaderet, caeterasque vitae luminosas « validasque virtutes; non tantum propter istam vitam hone- « stissime gerendam, nec tantum propter civitatis terrenae con- « cordissimam societatem, verum etiam propter adipiscendam « sempiternam salutem, et sempiterni cuiusdam populi coele- « stem divinamque rempublicam, cui nos cives adsciscit fides, « spes, charitas ». Haec quidem Augustinus, vergente iam in interitum quarto illo imperio quod in Danielis prophetia per tibias ferreas, pedesque partim ferreos et partim fictiles noscitur figuratum. Quid autem dicturum fuisse putas, si, quod posteriori reservabatur aetati, insignem prophetiam impletam vidisset usque in finem? Si vidisset ordinem novum, Ecclesia auctrice et institutrice, in mundo introductum; si politicum aedificium a fundamentis instauratum; si civilizationem aliam e christianitate natam, christianitate auctam, et e principiis christianismi omne id quo excellit supra antiquas civilizationes paganas derivantem? Nonne dixisset, ex iisdem causis res conservari et prosperare, ex quibus innascuntur? adeoque, ab incolumitate religionis, ab Ecclesiae influxu, eiusque inimpedita per omnem modum actione, pendere quam maxime apud nos laudabile illud decus salutemque reipublicae? Sed haec omnia nunc praetermittere placet, ne forte hic quoque importunus censor accedat, ineptissime calumnians de subordinata a nobis religione ad rem politicam, et ad mutabilia atque contingentia interesse vitae huius mundi.

Itaque, altius repetendo principium, dico quod officium

protegendi ac defendendi Ecclesiam nihil aliud importat quam modum serviendi Deo appropriatum conditioni eorum qui publica funguntur potestate, et ideo, ex iisdem omnino demonstratur rationibus, quibus supra ostensum est, Statum obligari ad colendum Deum in verae religionis professione. « Quomodo ergo, inquit Augustinus (1), reges Domino ser- « viunt in timore, nisi ea quae contra iussa Domini fiunt, « religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim « servit, quia homo est; aliter, quia etiam rex est: quia homo «est, ei servit vivendo fideliter; quia vero etiam rex est, « servit leges iusta praecipientes et contraria prohibentes « convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos « et templa idolorum, et illa excelsa quae contra praecepta « Dei fuerant constructa destruendo, 4 Reg. XVIII-4; sicut « servivit losias, talia et ipse faciendo, ibid. XXIII-4; sicut « servivit rex Ninivitarum, universam civitatem ad placan- « dum Dominum compellendo, Ion. III-6; sicut servivit Da- « rius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, et « inimicos eius leonibus ingerendo, Dan. XIV-21 ; sicut ser- « vivit Nabuchodonosor, omnes in regno suo positos a bla- « sphemando Deo lege terribili prohibendo, ibid. III 96. *In « hoc ergo serviunt Domino reges, in quantum sunt reges, cum « ea faciunt ad serviendum illi, quae non possunt facere nisi « reges ».*

Accedit quod auctoritas civilis tenetur procurare suis subditis temporalem felicitatem quae sit ipsorum propria, id est, quae congruat cum eorum natura, vocatione, dignitate. In hoc autem vel maxime discriminatur temporale bonum creaturae rationalis a bono bruti animalis, quod debeat habere rationem *iuvaminis* ad consecutionem beatae immortalitatis. Ergo civilis potestas officium habet procurandi talem felicitatem temporalem, non aliam, quae vel esset ultimo fini con-

(1) August. Epist. 185, n. 19.

traria, vel ad illum non iuvaret. Ergo oportet ut ita disponat ordinem civitatis per leges et instituta, qualiter congruit promovendae consecutioni salutis aeternae. Hoc autem praestare nihil aliud est quam eo fungi officio, quod aliis omnibus anteponebat magnus ille imperator, *gratia Dei rex, et devotus sanctae Ecclesiae defensor atque adiutor in omnibus* (1). Quibus verbis magnifice christiani principatus ratio assignatur, et forma praescribitur, consentanea prorsus iis quae praedixerat Spiritus Sanctus in Isaia, loquens ad Ecclesiam : *Et erunt reges nutritii tui, et reginae nutrices tuae : vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedtim tuorum lingent* (2), ac rursus : *Et suges lac gentium, et mamilla regum lactaberis, et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis lacob* (3).

Unde et a tempore quo inceperunt esse reges qui crederent in Christum, nunquam destiterunt Pontifices maximi monere eos de gravissima qua erga religionem tenentur obligatione.

Scribebat Caelestinus I ad imperatorem Theodosium : « Maior « vobis fidei causa debet esse, quam regni ; ampliusque pro « pace Ecclesiarum clementia vestra debet esse sollicita, quam « pro omnium securitate terrarum. Subsequentur enim omnia « prospera, si primitus quae Deo sunt chariora serventur » (4). Scribebat Leo Magnus ad Leonem Augustum: « Debes in« cunctanter advertere, regiam potestatem tibi, non ad solum « mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse « collatam, ut ausus nefarios comprimendo, et quae bene sunt « statuta defendas, et veram pacem his quae sunt turbata re« stituas » (5). Scribebat Gelasius I ad imperatorem Anasta-

(1) Praef. Capitularium Caroli Magui, ubi supra.

(2) Isai. XLIX-23.

(3) Ibid. XL-16.

(4) Migne, P. L. Tom. 50, c. 511.

(5) Migne, P. L. Tom. 54, c. 1130.

sium: « Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil perire; « Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Itane « verum est, princeps egregie, qui non solum praesentia Chri- « sti beneficia, sed desideras et futura, ut religioni, ut ve- « ritati, ut sinceritati catholicae communionis et fidei, tempo- « ribus tuis, patiaris quemquam inferre dispendium? Qua « fiducia, rogo te, illic eius praemia petiturus es, cuius hic « damma non prohibes ? » (1) Scribebat Hormisdas ad Anastasium: « Bene clementia vestra confidit, sicut datis ad me glo- « riosis designavit affatibus, quod reipublicae vestrae specia- « liter proficiat, si negotiis omnibus orthodoxae fidei causa « praeponatur. Haec est enim, venerabilis imperator, de su- « scepto moderamine rectoris cura salubrior, ut eius sibi fa- « vorem per opera bona conciliet, qui universum et tribuit et « regit imperium, D. N. I. C. » (2). Et Gregorius Magnus ad Mauritium: « Ad hoc enim potestas super omnes homines « dominorum meorum pietati coelitus data est, ut qui bona « appetunt adiuventur, ut coelorum via largius pateat, ut ter- « restre regnum coelesti regno famuletur » (3). Et Agatho ad Constantinum Pogonatum : « Nec poterit aliud simillimum in- « veniri, quod vestrae invictissimae fortitudinis divinae Maie- « stati commendet clementiam, quam ut repulsis a regula « veritatis errantibus, evangelicae atque apostolicae nostrae « fidei ubique illustretur et praedicetur integritas » (4). Eadem saepe inculcant Pontifices medii aevi. Eadem quoque Pontifices modernae aetatis, Benedictus XIV in Constitutione *Providas*, Leo XII in litteris apostolicis *Quo graviora,* Gregorius XVI in Encyclica *Mirari vos*, denique Pius IX in Encyclica *Quanta cura*, ubi hortatur episcopos ne omittant docere quod ex Leone Magno supra allatum est: regiam pote-

(1) Migne, P. L. Tom. 59, c. 43.

(2) Ibid. Tom. 63, c. 374.

(3) Ibid. Tom. 77, c. 663.

(4) Ibid. Tom. 87, c. 1212.

statem non ad solum mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium fuisse collatam.

Hinc iam ultro apparebit veritas sequentis conclusionis, videlicet:

§ 3-

Quod Status liahet officium prohibendi falsos cultus, nisi vera urgeat tolerantiae necessitas.

Libertas cultuum scopus fuit quem omnibus modis impietas saeculi XVIII prosecuta est. Hanc dixerunt debere proclamari et asseri per legem in omni recte constituta societate, quia ius civibus inest ad plenam libertatem nulla auctoritate coarctandam, qua suos conceptus quoscumque, sive voce, sive typis, sive alia ratione palam publiceque manifestare ac declarare valeant. Et huic iuri vindicando intendebant philosophorum declamationes, celebresque panegyres *tolerantiae.*

Porro, *tolerantiae* nomine apud eos veniebat et venit indifferentia absoluta in materia religionis, eaque consentanea praefixis principiis: Nullam religionem esse quae potiori prae alia iure gaudere valeat; omnes esse aequaliter veras seu aequaliter falsas; superstitionum potius quam religionum vocabulo debere recenseri; ex ignorantia, vel fanatisme, vel imbecillitate mentis communem trahere originem; reliquum igitur esse ut in eodem *pantheo* collocentur, ad usum et sub altiori numine libertatis; ad Statum autem pertinere, sollicitum esse de re religiosa, non in quantum res religiosa est, sed solum in quantum ratio vel publicae tranquillitatis, vel politici interesse, vel defensionis ac custodiae *iurium hominis* in ea involvitur.

Et talis tolerantia, ut evidenter apparet, est tolerantia maxime impia. Impia in se, quia religionem qua religio est, habet ut rem indifferentem et nullius plane negotii. Impia in suo principio, quia tota quanta fundatur in atheismo vel formali

vel aequivalenti. Impia in suo scopo, quia sub apparenti specie moderationis, per summam hypocrisim prosequitur eversionem verae religionis, et ad lioc ipsum omni religioni falsae positivum favorem impertitur. Considerandum quippe est quomodo eiusmodi tolerantia suo nomini per omnia mentitur. Non enim tolerat in Ecclesia catholica proprium illum characterem veritatis, quae partitionem non admittit, nec diminutionem, nec transactionem ullam. Non tolerat firmissimam eius in sua fide fideique confessione soliditatem. Denique non tolerat quod se unice veram, unice sanctam, unice ac necessario sub poena damnationis aeternae amplectendam contestetur. Ideo, omni ope procurandum ut deturbetur e transcendenti sede in qua eminere vult, et reipsa eminet tamquam *Ipsa religio* supra fallaces religionum larvas; ac per hoc, introducendi heterodoxi cultus ubi non sunt, fovendi ubi sunt: nec alia de causa nisi ut exercita semper adstet protestatio contra exclusivismum quem sibi Catholica Ecclesia arrogat, semperque sit unde illa in oculis et existimatione vulgi promiscue habeatur tamquam una de caeteris. Hinc affectata cura cum qua legislationes novae loquuntur de *cultibus,* et *ecclesiis,* magnam emphasim in hoc plurali ponentes. Hinc quoque affectatus zelus elargiendi quibuslibet dyscolis amplissimas ad suae religionis exercitium facilitates, dum cultus catholicus, etiam si patrius, etiam si a maioribus acceptus, etiam si antiqua possessione praevalens, omnibus possibilibus modis praepeditur, opprimitur, imo, quantum ratio politica permittit, proscribitur. Recte igitur tolerantiam dixeris quae nihil tolerat: nec veritatem quam summo odio prosequitur, nec etiam proprie loquendo falsitatem, quam positive fovet, defendit, protegit et tuetur. Tolerantiam proinde, quae ultimato resolvitur in intolerantiam, sicut ipse protestai!tismus, cuius plena evolutio est. Nam in quo putas reponendam esse protestantismi essentiam? In quo, quaeso, nisi in contra unam, sanctam, catholicam et apostolicam lesu Christi Ecclesiam?

Haec eius intima natura, hoc principium, hic finis, haec tota essendi ratio. Id tibi ipsum nomen indicat, simul commonstrans quod si forte de medio tolleretur veritas contra quam protestatur, eo ipso protestantismus in nihilum relaberetur. Caetera quippe in eo accidentalia sunt, facultativa sunt, ad formam et modalitatem protestationis faciunt, adeoque nullius per se momenti sunt (1). Et ab initio quidem, pro temporum quae tunc currebant conditione, protestabatur sub praetextu christianismi ad evangelii puritatem reducendi. Unde et nonnulla retinebat de dogmate christiano, in sua saltem praedicatione scriptisque confessionibus, salvo intérim in omnibus quoad singula individua fundamentali principio liberi examinis. Venit postea philosophismus, et longius se iam progredi posse intelligens, substituit vagae religiositati Reformationis formalem atque categoricam impietatem, nemine indifferentismi seu tolerantismi decoratam. Et si discrimen quaeras, non invenies nisi in sola protestandi modalitate. Quae quidem modalitas, quoad rem, systema protestanticum. ad perfectum adduxit, id est, ad logicam suam consequentiam; quoad nomen vero, turpe superaddidit mendacium. Convenit enim ibi tolerantismi nomen per meram antiphrasim, ut si diceres *parcas* derivari a *parco*, quia minime parcunt: lucum dici, quia minime lucet: bellum quia minime bellum, atque ita porro.

Nunc autem longe alius rationis est tolerantia quam ali-

(1) « Plus vous examinerez la chose, et plus vous aurez lieu de vous « convaincre que ce qu'on appelle *religion* dans plusieurs pays, n'est « qua la haine du système exclusif.... Un des plus grands hommes d'état « de notre siècle, et protestant par sa naissance, me disait jadis: *Sans « vous* (catholiques), *nous* (protestants), »'*existerions pas.* C'était un mot « bien vrai et bien profond. Il sentait que la religion de tous les né- « gatifs quelconques, n'est qu'une haine contre l'affirmation. Or si l'on « vient à supprimer l'objet d'une haine, que reste-t-il ? Rien. » **J. de Maistre,** *Lettres sur V inquisition espagnole,* Lettre oàs.

quando licitam praesens nostra assertio enuntiat. Non ex contemptu Dei et eorum quae Dei sunt enascitur, non in eadem indifferentia omnes habet religiones, non quaerit opprimere veritatem, non fovet falsitatem et mendacium, sed *vere tolerat*, id est, *permittit* falsorum cultuum exercitium, quando adsunt rationes quae in omni rerum ordine permissionem mali cohonestant, videlicet: si alicuius boni obtinendi causa occurrat, si maioris mali vitandi. « Dicendum, inquit S. Tho-
« mas, 2-2, Q. 10, a. 11, quod humanum regimen derivatur a
« divino regimine, et ipsum debet imitari. Deus autem quam-
« vis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua
« mala fieri in universo, quae prohibere posset, ne eis sublatis,
« maiora bona tollerentur, vel etiam peiora mala sequerentur.
« Sic ergo et in regimine humano illi qui praesunt, recte ali-
« qua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne
« aliqua mala peiora incurrantur, sicut dicit Augustinus in l. 2
« de Ordine, c. 4: *Aufer meretrices de rebus humanis, turba-*
« *veris omnia libidinibus.* » Itaque, prima causa legitimae tolerantiae est, ne aliqua bona impediantur. Et sic videmus Pontifices Romanos nunquam eiecisse ludaeos e terris suae temporali ditioni subiectis, nec eos prohibuisse quominus ritus suos libere observarent. Maius enim bonum ex conservatione quam ex eiectione eorum obtinebatur, siquidem ritus iudaici evangelicam veritatem figura adumbrabant, eidemque usque nunc testimonium perhibent. Nam quid aliud gens illa, ait Augustinus, nisi quaedam scrinaria baiulans Legem et Prophetas, ad testimonium assertionis Ecclesiae, ut nos honoremus per sacramentum, quod nuntiat illa per litteram? Altera quoque causa est, eaque his nostris diebus longe frequentior, ne aliqua mala peiora incurrantur. Ut si, exempli gratia, sermo sit de societate dissensionibus religiosis divexata, principiis liberalismi funditus imbuta, in qua aliter provideri nequit necessitati civilium relationum, aut conservationi portionis ordinis qui adhuc est residuus. His enim in adiunctis, iam

non agitur de tuendo bono pacifice possesso, nec de defendenda societate adversus gravissimum quod evitari potest malum, sed magis de non exasperanda per inutilem zelum plaga inveterata, cui ferrum chirurgi aggravationem potius afferret quam remedium. « Sic ergo, concludit S. Thomas ubi supra, « quamvis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt, « vel propter aliquod bonum quod ex eis provenit, vel propter « aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod ludaei ritus « suos observant in quibus olim praefigurabatur veritas fidei « quam tenemus, hoc bonum provenit, quod testimonium fidei « nostrae habemus ab hostibus, et quasi in figura nobis re- « praesentatur quod credimus. Et ideo in suis ritibus tole- « rantur. Aliorum vero infidelium ritus qui nihil veritatis aut « utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte « ad vitandum scandalum vel dissidium quod ex hoc posset « provenire, vel impedimentum salutis eorum qui paulatim « sic tolerati convertuntur ad fidem. Propter hoc enim, etiam « haereticorum et paganorum ritus aliquando Ecclesia tole- « ravit, quando erat magna infidelium multitudo. »

Verum, eiusmodi causa aliaeque consimiles sunt praeter regularem statum societatis christianae, et ideo, ut ab initio dictum est, a praesenti nostra consideratione removentur. Et tunc, quid manifestius, quidve evidentius quam obligatio principis circa heterodoxorum cultuum prohibitionem? Quod utique dico in suppositione eorum quae nunc supponenda sunt, et reipsa supponuntur. Nam si praestituatur hypothesis materialistica, si loco principii habeatur quod vita futura nihil est, quod religio non est via ad verum hominis finem, aut quod religiones omnes indifferenter ad eum ducunt: sic, nedum evidens, absurda potius, imo omni absurdo absurdior positio videbitur. Et revera, ipsa hypothesis est in qua vel expresse vel tacite semper versantur plerique adversarii (1).

(1) « On part toujours.... do l'hypothèse du matérialisme, et les hom- « mes les plus raisonnables sont à la fin entraînés par le torrent, sans

At vero, si ex opposito stat absoluta veritas, si creatus est liomo ad liunc finem ut Deum laudet, ei serviat, et per hoc salvet animam suam; si ad hanc ipsam animae aeternam necessariamque salutem una religio divinitus instituta est, unus cultus, una Ecclesia extra quam, sensu saepissime iam declarato, nemo salvatur; si denique huic summo ac sempiterno hominis bono caetera cuncta subordinanda sunt, eo quod testante evangelica veritate, nihil prodest homini mundum etiam universum lucrari, animae intérim suae detrimentum patiendo: qua fronte diceret quispiam, curas eorum qui publicae rei praesunt, ad artes, ad scientias, ad agriculturam, ad commercium esse exclusive referendas? Quomodo ad eos non pertineret conservare suis subditis potissimum, principale, et omnium pretiosissimum verae religionis bonum, adeoque et falsos cultus iure civitatis penitus interdicere? Siquidem bonum verae religionis per falsarum religionum exclusionem conservatur. Insuper, claudere civitatis aditum falsis religionibus, in potestate principis est, in aliorum possibilitate non est. Eadem ergo obligatione tenetur princeps denegare libertatem illam perditionis, quae dicitur conscientiae et cultuum, qua tenetur servire Deo et religioni eius. In hoc enim serviunt Deo reges in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quae non possunt facere nisi reges.

Quapropter, ex quo primum exitiosa libertas in societatem christianam irrepere incepit, omnibus modis, iteratisque vicibus'a summis Pontificibus reprobata est et condemnata. Vide ad exemplum ea quae egit S. Pius V, cum in eo esset Maximilianus imperator, ut liberum exercitium confessionis Augusta-

« qu'ils s'en aperçoivent. Si ce monde est tout, et l'antre rien, on fait « bien de faire tout pour le premier, et rien pour l'antre. Mais si c'est « tout le contraire qui est vrai, c'est aussi la maxime contraire qu'il « faut adopter. » **J. de Maistre,** *Lettre* 5™ÏC, *sur l'inquisition espagnole.*

nae proceribus Austriacis concederet (1). Cf. etiam breve Pii VI *Quod aliquantillum,* contra civilem cleri constitutionem in Gallia. Item litteras Pii VII ad episcopum Trecensem *Post tam diuturnas,* de Constitutione quam Ludovicus XVIII anno 1814 ab exilio redux publicari mandaverat. Item encyclicam Gregorii XVI *Mirari vos,* cuius sententiam multis confirmat Pius IX in encyclica *Quanta cura,* et in annexo Syllabo.

At fortasse dices : Singulas quasque religiones sibi veritatem vindicare, et quia in eiusmodi dissidio indicium penes principem civilem non est, nihil aliud remanere nisi ut ille negative se habeat, omnibus promiscue cultibus aequalem libertatem relinquendo. Sed contra est, quod eodem quoque argumento probares, esse in arbitrio uniuscuiusque positum, quam religionem amplectatur ; et eos qui in materia religionis scepticos se profitentur, iure id facere propter oppositarum concertationem confessionum: quod absit omnino. Nam quantumlibet multi fuerint et sint et futuri sint qui dicere audeant hominibus : nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis ad veritatem venire : adhuc tamen perspicuis manifestissimisque signis Ecclesiam suam decoravit Deus, quibus certissime ab omni falsa religione dignosceretur. Et ideo, in hoc quod dicitur non pertinere ad principem indicium de vera religione, mera aequivocatio est. Quia si de indicio dogmatico ex ca-

(1) « Cum audisset Pius Pontifex, Maximiliauum in eo esse ut eon-
« cessionem elargiretur, confestim Cardinalem Commendonnm ad eum
« legavit, ut si in tempore posset, id impediret ; si vero iam factum
« esset, apostolica auctoritate illi denuntiaret, Pontificem omnibus exse-
« orationibus ecclesiasticisque poenis in eum animadversurum..., nisi
«eiusmodi decretum illico rescidisset.... Apud quem denique Legatus
« adeo suasionibus minisque et terroribus egit, ut is haud se eam Con-
« fessionem vel permisisse vel permissurum professus sit, ac provinciales
« austriacos qui ob eam rem frequentes convenerant, vacuos dimiserit etc. »
Spondanus, anno 1568, n. XXV.

thedra sermo sit, verum equidem est, sed non ad rem; falsum autem, imo falsissimum, si de indicio quo de obiectiva veritate indicatur prout oportet ad fidem non modo rationabiliter, verum etiam obligatorie tenendam, et ad ea praestanda omnia quae praesupposita fidei radice, requiruntur. Caeterum, nec de principiis iuris naturalis indicare habet princeps indicio doctrinali. Quis tamen adeo desipuerit, ut dicat ius naturale non esse normam quae ei ad legem iuste condendam necessario praestituitur?

Dices iterum: Societatem temporalem sola temporalia curare; quae autem conscientiae sunt, nihil ad eam pertinere. Sed huiusmodi sophisma ex praecedenter dictis facilem habet solutionem. Etenim: Temporalis societas sola temporalia curat, secundum quod concipitur ut temporalis, sistendo in puro et nudo conceptu temporalitatis, *conc.* Secundum quod concipitur, prout revera est, tamquam hominibus constans anima immortali praeditis, quorum est ipsa temporalia in finem salutis aeternae referre, *neg.* Et licet non habeat ullo modo curare res conscientiae in foro interno, bene tamen in foro externo et civili, utique sub directione et ductu potestatis spiritualis, et debita ad eam subordinatione semper praesupposita. Unde Augustinus, duo distinguens tempora, unum in quo nondum reges Domino servierant, sed adhuc meditabantur inania adversus Dominum et adversus Christum eius, alterum in quo coepit impleri quod scriptum est: *Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei:* « Quis « mente sobrius, inquit, regibus iam dicat: Nolite curare in « regno vestro a quo teneatur vel oppugnetur Ecclesia Do- « mini vestri; non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit « esse sive religiosus, sive sacrilegus; quibus dici non potest, « non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit pudicus « esse, quis impudicus? Cur enim cum datum sit divinitus ho- « mini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, et sacri- « legia permittantur? An fidem non servare levius est ani-

« mam Deo, quam feminam viro? aut si ea quae non contemptu,
« sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda,
« numquid ideo negligenda sunt? ».

Sed quid iam ad eos qui dicunt Ecclesiam habere duo pondera et duas mensuras, quia ubi ipsa dominatur, vult ut coerceantur dissidentes; ubi autem ex parte minoritatis est, non fert ut in eadem mensura qua metitur aliis, remetiatur sibi? Quid, inquam, respondendum putas, nisi quod concedenda sunt prorsus omnia, sola excepta consequentia? siquidem illud praecise in difficultatem vertitur, quod positivum nobis est veritatis argumentum. Omnino enim esse debent duo illa pondera et duae mensurae, utique pro diversitate iurium, pro differentia meritorum. Nam et duo pondera et duas mensuras tu ipse fateberis, si forte in comparationem veniant latrones cum regularis societatis magistratibus. Et dum approbas quod capiantur et incarcerentur et etiam suspendantur latrones in civitate deprehensi, non inde, puto, tibi videbitur approbandum quod ab ipsis latronibus par pari referatur in iis in quibus dominantur regionibus. Idem dic in praesenti, et cum proportione ratiocinare. Semper enim ad idem principium reducimur, in quo totius rei summa est. Nimirum Ecclesia profitetur, unam duntaxat esse in mundo religionem a Deo institutam, eamque solam habere iura et maiestatem religionis; sectas vero caeteras esse falsas, in quibus exercentur latrocinia, non opus Dei, non salus animarum, non aeterni atque ultimi finis prosecutio. Hinc ergo duo pondera, vel duae mensurae, quas si non haberet religio catholica, eo ipso sese fateretur unam de multis, non e coelo, sed ab hominibus. Proinde positio adversariorum penitus illogica et irrationabilis est, nisi iterum uno e duobus his principiis praestabilito: aut quod omnes religiones iisdem gaudent iuribus, quia omnes aequaliter seu verae seu falsae; aut quod dignoscibile non est, quae religio vera sit, penes quam ius atque auctoritas. Primum autem principium est atheismi, alterum agnosticismi; utrumque ultra

haereticum, cuius discussio nou est huius loci. Ex quo etiam apparet quid sentiendum de absurda illa formula quam nobis quidam attribuunt, ponentes eam in ore catholici disputantis cum liberali: *Lbi ros in potestate estis constituti, libertatem a robis petimus, quia vestrum principium est. Ubi nos ricissim summa rerumpotimur^libertatem robis denegamus, quia nostrum principium est* (1). Falsum ! Nam ideo petit Ecclesia libertatem, non quia principium aut suum aut adversariorum est, sed quia libertas est *verae* religionis strictum atque inalienabile ius. Ideo denegandam per se loquendo, aliis esse dicit, quia religiones falsae eodem loco censeri debent, quo pestis in. civitate. Et non refert quod multi eorum qui falsam profitentur religionem, existiment illam esse veram. Quid enim, quaeso, ad rem? Siquidem bona fides excusat a formali peccato, non tribuit errori iura quae sunt solius veritatis. Haec igitur sunt congeries sophismatum, praetereaque nihil.

Nec solidiora, imo adhuc magis inania inveniuntur illa adeo decantata axiomata circa libertatem cogitandi et imprescriptibilia iura conscientiae. Fundantur enim in falsa notione libertatis, in falsa notione ordinis publici, in falsa notione potestatis coercitivae.

In falsa notione libertatis. De qua re iam plura diximus, ubi de errore liberalismi et multiplicibus formis eius. Libertatem quippe adstruunt tamquam intangibilem, quam restringere nefas, et pene sacrilegum, nescientes scilicet distinguere inter id quod est de ratione libertatis, et id quod pertinet ad defectum eius. Nam, « liberum arbitrium quamvis possit in « bonum et malum, tamen per se in bonum ordinatum est, « et ideo illud quod impedit ipsum a bono simpliciter im- « peditivum ipsius est, et propter hoc, libertas ab eo quod

(1) Quand vous ôtes au pouvoir, nous vous demandons la liberté, pareeque c'est votre principe. Quand nous y sommes, nous vous la refusons, pareequo c'est le nôtre.

« impedit a bono, *simpliciter Ubertas* dicitur » (1). At « posse « eligere malum, consequitur liberum arbitrium secundum « quod est in natura creata possibili ad defectum (2)' Est « conditio voluntatis deficientis in quantum est ex nihilo (3) ». Et rursus : « Quod liberum arbitrium diversa eligere possit, « servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem liber- « tatis eius. Sed quod eligat aliquid divertendo ab ordine « finis, hoc pertinet ad defectum libertatis » (4). Denique : « Non pertinet ad rationem alicuius potentiae quod deficiat « in suo actu, sicut non pertinet ad rationem visivae poten- « tiae quod obscure videat » (5). Unde manifestum est quod perfectio libertatis, nedum excludat, appellat potius repagula quibus contineatur in bono, et impediatur a malo quod corruptio eius est. Proclamare autem ius ad libertatem illimitatam et nullo ligamine constringendam, in toto ambitu eorum ad quae libido humana sese potest extendere, quid aliud, quaeso, quam merum deliramentum? Et ut exemplum de ordine politico sumam, quis unquam sanae mentis absolutam potuit revindicare ab omni coactione immunitatem ? Sed aliud est libertas absoluta, aliud sunt certae libertates, utique definitae et circumscriptae. Libertas in hoc, tolerantia circa illud: esto. Hoc et illud subiicientur examini, concedique poterit aut debebit tolerantia vel libertas, quia circa hoc, quia circa illud ; minime vero, ratione intangibilitatis libertatis in se, quasi esset ponenda humana libertas in fundamentalem aedificii petram, et erigenda in principium a quo caetera cuncta dependeant.

Id sane aliqua saltem ex parte concedere debebunt adversarii, si modo pe^spiciant evidentem manifestamque necessi-

(1) 8. Thom. in II, D. 25, Q. 1, a. 1.
(2) De Verit. Q. 24, a. 3.
(3) In I, D. 42, a. 1.
(4) In I» P. Q. 62, a. 8.
(5) De Malo, Q. 16, a. 5.

tatem frenandi individualem libertatem in humanis societatibus. Sed statim excipient, nullam esse conclusionem in praesenti: Singula siquidem singulis principiis esse referenda; ex hoc quod homo ius non habet ad libertatem quam perditionis appellare placet, non esse consequens ut potestati temporali officium competat sese in rebus conscientiae intromittendi; extra providentiam Status esse id quod ordinem publicum non turbat; denique ad ordinem publicum nihil attinere exercitium quorumlibet cultuum, praedicationem quarumlibet doctrinarum, et ut uno dicatur verbo, quidquid medium morale audit, non violentiae, sed solius suasionis adminicula quaerens. Haec quidem illi, putantes se aliquid dicere. Nisi quod, haec dicendo, et de ordine publico et de officio potestatis quae ei praeest, falsam se notionem habere ostendunt, non secus ac de libertate.

Et primo quidem, etiamsi concedi posset, ordinem publicum in sola materiali tranquillitate consistere, adhuc locus esset, puto, distinguendi inter causas et effectus. Non enim ense et ferro omnes ordinis etiam pure materialis destructores pugnant, sed peiores destructiones oriuntur e sophismatibus pseudo-sapientum et fanatismo pseudo-apostolorum. Quid ergo? Totum esset in violentia effectuum? Causae autem et principia, nihil? Cumulus ignorantiae, caecitatis, et frivolitatis. Porro, si ordo publicus, etiam ad minimos hos terminos reductus, sufficienter servari et protegi nequit, nisi cum aliqua coercitione licentiae publice opinandi, quomodo careret societas potestate id praestandi, quod ad sui conservationem constat esse necessarium? (1).

(1) « Si une éducation plus soignée, l'habitude d'une vio sédentaire, « le goût de la retraite, une constitution physique presque toujours « faible ou usée par l'étude, éloignent le savant des passions orageuses « qui troubleraient sa tranquillité, il n'en est que plus disposé aux pas- « sions calmes et froides..., aux passions de l'esprit, à l'orgueil, source « de tous les désordres do la société et de tous les malheurs de l'espèce

At quis iam feret, ordinem publicum dici secundum solam absentiam tumultuum, vel praepotentiae violentorum in civitate? Materialistica siquidem haec conceptio est, quae ad bruta quoque animalia transferri eadem ratione posset, si forte contingeret verificari ad litteram quod scriptum est: *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit; vitulus et ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum, et leo quasi bos comedet paleas.* Nunc autem paulo maiora canamus, transcendendo tantisper vulgarem cogitationem conservatorum, qui si quiete gaudeant, et materiali tranquillitate, nullo alio se indigere profitentur. Quia ordo in civitate politica, est ordo ad bonum quod *homo qua homo* pro fine habet, omnia intelligendo iuxta ea quae praemissa sunt in quaestione praecedenti. Quae si prae oculis habeas, facile perspicies quod quidquid publice contradicit verae religioni seu verae fidei et bonis moribus, ordini quoque publico apprime contrarium est, et pro tanto cadit sub actione coercitiva publicae potestatis. Ergone, inquies, Statum constituemus indicem eorum quae religioni et fidei vel conveniunt vel repugnant? Non sequitur. Sed sequitur tantum quod in negotio coercendi publicos religionis perturbatores, oportet gladium esse sub gladio, gladium Caesaris sub gladio Ponti-

« humaine. Les hommes ne deviennent pas meilleurs, ni plus maîtres « de leurs passions en devenant plus forts. Au contraire, la passion de do- « miner s'accroît avec les moyens de la satisfaire, et cette passion dans « le savant et l'homme fort est la même dans son objet, et ne diffèie « que par les moyens. Les savants ont la passion de dominer par leurs « opinions ou par l'esprit, comme les forts ont la passion de dominer « par le corps ou par la force, et c'est parccqu'il y a quelques savants « qui veulent dominer par la supériorité de leur esprit sur la faiblesse « morale des autres hommes, qu'une intelligence, un esprit général, « pouvoir de la société des intelligences, est nécessaire pour dominer « tous les esprits particuliers ». **Bonald,** *Observations sur un ouvrage posthume de Condorcet.*

ficis, et potestatem politicam tamquam brachium subiici tamquam capiti potestati spirituali (1).

§ 4.

Quod recte ad protegendam religionem, et ad coercendos eius perturbatores vis materialis adliibetur. Et quod eiusniodi officium regulariter ad Statum pertinet, cui propterea in Cliristianis societatibus, bracbii saecularis nomen iure meritoque inditum est.

Vis materialis nomine nunc venit omnis coactio corporalis quae aut actu exercetur, aut per legem intimatur contra transgressores exercenda. Et habet duplicem modum. Unum ali-

(1) « La société chrétienne dans l'état normal, se maintient et s'étend « au moyen de deux forces qui doivent être distinctes non séparées, « unies non confondues, subordonnées non égales. L'une est la tête, « l'autre le bras; l'une est la parole suprême et souveraine du Pontife, «l'autre la puissance sociale. La société chrétienne étant premièrement « et avant tout chrétienne, soumet tout à cette première loi, et elle met « toutes choses en leur place, parcequ'elle met d'abord à sa place son « seul vrai Seigneur et Maître, Jésus-Christ. Elle le met à sa place sou- « veraine dans la société, comme tous les fidèles le mettent à sa place « souveraine dans les âmes, et de là naissent l'ordre, la liberté, l'unité, « la grandeur, la justice, l'empire, la paix. Ainsi, à travers et malgré « les déchirements suscités par les passions do l'infirmité humaine, se « forma dans sa variété magnifique cette communauté de l'Europe qu'on «put appeler la République, ou même la Famille chrétienne; œuvre « merveilleuse, brisée par l'hérésie lorsque la paix intérieure et le pro- « grès des arts lui promettaient la gloire d'étendre au genre humain « tout entier le bienfait de la Rédemption.... Ces deux pouvoirs unis, « distincts et subordonnés, par lesquels la société chrétienne se régit, « c'est ce qu'on appelle les deux glaives. La mansuétude du Christ a « voulu deux glaives, pour que la répression tombât plus tardive et pût « être prévenue. Le premier glaive, celui qui ne déchire que les ténè- « bres, demeure au pouvoir patient et infailliblement éclairé du Pontife. « L'autre, le glaive matériel, est dans la main du représentant de la

quatenus negativum, quo quis vi impeditur libere facere quod facere vellet, ut si exempli causa impediantur haeretici quominus templa aedificent, conventicula agant, libros edant, etc. Alterum omnino positivum, quo positiva etiam poena pro delicto statuitur, sicut saeculo quinto, per leges imperatorias, adversus sacrificia paganorum capitale supplicium fuerat constitutum (1), et adversus haereticos omnes: *Ut quisquis eorum episcopiis vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctaretur* (2). Porro, de primo modo coactionis, vi materiali ubi opus fuerit adhibita, quaestio nobis amplius esse non potest, quia vel falsa ea omnia sunt quae hactenus dicta, vel evidenter iam constat, hunc modum esse non modo legitimum, verum etiam per se loquendo, iure divino naturali praescriptum. Dubium ergo restringitur ad aliam illam rationem coactionis quam omnium regnorum Christianorum legislatio sanxit, ab imperatore Theodosio usque ad pactum Westphalicum, a quo computantur prima initia Revolutionis.

Et Augustini quidem aliquando sententia fuerat, non esse omnino cum haereticis seu perturbartoribus religionis vi agendum, sed sola persuasione. « Antequam, inquit (3), istae « leges (contra Donatistas ab imperatoribus latae) in Africam « mitterentur, nonnullis fratribus videbatur, in quibus et ego

« société, et afin qu'il n'erre pas, il doit obéir au commandement du « Pontife. C'est le Pontife qui le fait sortir du fourreau, et qui l'y fait «rentrer. Son office est de réprimer l'erreur agressive une fois définie « et condamnée, de la lier, de l'abattre, de donner protection à la vé- « rité, soit qu'elle ait besoin de se défendre, soit qu'elle se trouve dans « la nécessité d'attaquer à son tour. La main séculière doit faire pas- « sage à la vérité, assurer la liberté de ses enseignements, garder au « loin la vie de ses ambassadeurs et de ses ministres ». **Veuillot,** *Illusion libérale,* H IX-X.

(1) August. epist. 93, n. 10.

(2) August. epist. 185, n. 25.

(3) August. epist. 185, ad Bonifacium Comitem, n. 25.

« eram, non esse petendum ab imperatoribus ut ipsam hae-
« resim iuberent omnino non esse, poenam constituendo eis
« qui in illa esse voluissent, sed hoc potius constituerent,
« ut eorum furiosas violentias non paterentur qui veritatem
« catholicam vel praedicarent loquendo, vel legerent consti-
« tuendo.... Ita enim existimabamus, posse libere doceri et
« teneri catholicam veritatem, ut ad eam cogeretur nemo,
« sed eam qui sine formidine vellet, sequeretur, ne falsos et
« simulatores catholicos haberemus. Et-quamvis aliis fratribus
« aliud videretur iam aetate gravioribus, vel multarum civi-
« tatum et locorum exempla cernentibus,... obtinuimus tamen
«ut illud potius quod dixi, ab imperatoribus peteretur: de-
« cretum est in concilio nostro, legati ad Comitatum missi
« sunt. » Et hoc idem rursus testatur ipse Augustinus, epist. 93 ad Vincentium Donatistam, n. 17 inquiens: « Mea
« primitus sententia non erat, nisi neminem ad unitatem Christi
« esse cogendum ; verbo esse agendum, disputatione pugnan-
« dum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus,
« quos apertos haereticos noveramus. » Sed statim subdit, hanc suam opinionem non tam contradicentium verbis, quam demonstrantium superatam fuisse exemplis, et ideo, cito se mutasse sententiam, cernendo suis oculis salubres effectus quos imperialium legum terror habuerat in Africa. Narrat enim quomodo illi praecipue qui prius quaerebant occasionem, aut saevitiam furentium haereticorum metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad Ecclesiam continuo transierunt. Quomodo etiam, multi qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem vero causam ipsa haeresis haberet nunquam antea cogitaverant, nunquam quaerere et considerare voluerant, mox ubi coeperunt advertere, et nihil in ea dignum invenire propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate catholici facti sunt: docuit enim eos sollicitudo, quos négligentes securitas fecerat. Quomodo denique, istorum omnium praecedentium auctoritatem

et persuasionem secuti sunt plurimi, qui minus idonei erant per seipsos intelligere quid distaret inter Donatistarum errorem et catholicam veritatem. Haec late Augustinus in duabus ad Vincentium Donatistam et ad Bonifacium Comitem epistolis. Ex quibus exemplis facile intelligere datur quod etsi legum humanarum terror, et poenae ex legum praescripto inflictae, nusquam esse possint media directa ad ea quae sunt religionis, bene tamen *media indirecta*, eaque in societatibus Christianis necessaria, ad removenda scilicet multiplicis generis impedimenta.

Sane vero, fini Ecclesiae seu saluti animarum, quam maximo impedimento sunt haereses quae serpunt ut cancer, magistrique impietatis qui qua voce qua scriptis corrumpunt fidem, et teneras praesertim iuventutis mentes (quod horrendum sceleris genus est), venenatis suis doctrinis imbuunt ac praeoccupant. Et ad tale ac tantum malum vel praecavendum vel de medio tollendum, quodnam tandem satis efficax medium, nisi leges quae in medio aevo vigebant contra haereticos eorumque fautores? Severae quidem leges, sed salubres, sed tutelares, sed protectrices simplicium et inermium adversus peiores homicidas, ac per hoc, aequitatis ac iustitiae regulae summopere conformes (1).

(1) Hic nota quod ipsa per se gravitas Iiaerescos satis est ad legitiinaudas severas leges per saeculares principes olim latas contra haereticos in indicio Ecclesiae convictos. Sed illud quoque, e conspectu apologetico minime praetereundum, quod haereses semper fuerunt maxime turbulentae, et fecundae parentes cruentarum factionum. Horrendos excessus Arianorum sacculo IV, Donatistarum tempore Augustini, Albigensium, Waldensium, Hussitarum in medio aevo, Protestantium denique saeculo XVI et XVII, quis ignorare potest? Unde universaliter valet quod in defensionem Inquisitionis hispanicae scribit Iosephus de Maistre, hispanum quemdam sic loquentem inducens : « Nos législateurs « regardaient d'en haut, et voyaient l'ensemble. Au commencement du « I6ème siècle, ils virent pour ainsi dire *fumer* l'Europe. Pour se sou- « straire à l'incendie général, ils employèrent l'inquisition, qui est le

Aliud quoque impedimentum est tyrannis quam impietas exercere solet, ubicumque incipit dominari : iniusto metu, iniqua oppressione, omnimodisque vexationibus a Dei cultu et omni praxi religiosa deterrens. Quot enim sunt qui usque nunc, simile quid patiuntur ac illi de quibus loquebatur Augustinus : quotidie conbtentes quod iam olim volebant esse catholici, sed inter eos habitabant, inter quos- id quod volebant, esse non poterant per infirmitatem timoris, ne praepotentes illos facerent sibi inimicos : ubi si unum verbum pro Catholica dicerent, et ipsi et domus eorum funditus everterentur. « Et quis est tam demens, subdit idem ipse Augustinus, « qui neget istis debuisse per iussa imperialia subveniri, ut « de tanto eruerentur malo, dum illi quos timebant timere « coguntur, et eodem timore aut etiam ipsi corriguntur, aut « certe cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, « a quibus antea timebantur? » (1).

Est et tertium impedimentorum genus, ad quorum remotionem, severiorum legum timor valere potest : eorum scilicet quae non iam extrinsecus circumstant, sed intrinsecus etiam sub gravi iugo erroris vel irreligionis animos hominum alligant. Non quod timor poenae quae ab hominibus est, inter motiva seu principia conversionis ad Deum computetur, sed quia id quod directe ad conversionem non facit, indirecte,

« moyen politique dont ils se servirent pour maintenir l'unité religieuse « et prévenir les guerres de religion. Vous n'avez rien imaginé de pa- « reil ; examinons les suites, je récuse tout autre juge que l'expérience. « Voyez la guerre de 30 ans allumée par les arguments de Luther, les « excès inouis des Anabaptistes et des Paysans, les guerres civiles de « France, d'Angleterre et des Flandres, le massacre de la 8. Barthélémy, « le massacre des Cévenues, l'assassinat de Marie Stuart, de Henri III, « de Henri IV, de Charles I, du prince d'Orange, etc. etc. Un vaisseau «flotterait sur le sang que vos novateurs ont fait répandre, l'Inquisi- « tion n'aurait versé que le leur ».

(1) August. epist. 185, n. 13.

id est per modum causae occasionalis vel removentis prohibens, quandoque facit. Unde Concilium Lateranense III, can. 27, dicit quod *ecclesiastica disciplina catholicorum pnncipum constitutionibus adiuvatur, ut saepe quaerant homines salutare remedium, dum corporale super se metuunt evenire supplicium.* Contingit enim, hominem timendo quod pati non vult, vel relinquere impedientem animositatem, vel ignoratam compelli cognoscere veritatem, ut timens vel respuat falsum de quo contendebat, vel quaerat verum quod nesciebat, et volens teneat iam quod nolebat. « Melius est quidem (quis, dubita-
« verit), ad Deum colendum doctrina homines duci, quam
«poenae timore vel dolore compelli; sed non quia isti me-
« liores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt.
« Multis enim profuit, quod experimentis probavimus et pro-
« bamus, prius timore vel dolore cogi, ut postea possent do-
« ceri, aut quod verbis iam didicerant opere sectari. Propo-
« nunt nobis quidam sententiam cuiusdam saecularis auctoris
« qui dixit: *Pudore et liberalitate liberos retinere, satius esse*
« *credo, quam metu.* Hoc quidem verum est, sed sicut meliores
« sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timoi
« Porro autem Scriptura divina dicit, non solum servum, sed
« etiam filium indisciplinatum plagis esse coercendum, et
« magno fructu, nam: *Tu quidem,* inquit, *percutis eum virga,*
« *animam vero eius Uberabis a morte* (Prov. XXIII-14). Et alibi
« dicit: *Qui parcit baculo, odit filium suum* (XIII-24). Da enim
« qui recta fide veroque intellectu, totis animae suae viribus
« dicat: *Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam,*
« *et apparebo ante faciem Dei*? et huic tali, non solum tem-
« noralium poenarum, vel imperialium legum, sed nec ge
« hennarum timor est necessarius, cui tam desiderabile bo
«num est adhaerere Deo.... Sed tamen antequam dicant
« boni filii: *Concupiscentiam habemus dissolvi, et esse cum*
« *Christo,* multi prius, tamquam servi mali et quodammodo
« improbi fugitivi, ad Dominum suum temporalium flagello-

« rum verbere revocantur » (1). At enim, inquies, pluribus non profuit ista disciplina ; quae etiam pro impossibili, absurda, et risu digna, nostris iam temporibus est habenda. Esto. Verumtamen, non ideo negligenda *tunc* fuit medicina, quia nonnullorum erat et *nunc* est insanabilis pestilentia ; praeterquam quod, etiam dum contingebat incorrigibiles haereticos nec metu nec poena flecti, imo peiores obstinatioresque evadere, semper remanebat causa potior ac vere principalis, consulendi nempe incolumitati ac securitati communitatis, et feroci bestiae haereseos auferendi dentes et ungues, ut sin minus mansueta, at certe impotens fieret ad saeviendum.

Quid contra has rationes rationabiliter opponere valeant ii qui fundamentalia christianae doctrinae principia vera esse nobiscum credunt et profitentur (cum aliis enim nulla nunc nobis concertatio), omnino non apparet.

Nam quod quidam eorum dicunt, verae religionis esse martyres habere, non facere, quasi martyres faceremus eos quos dicimus coercendos haereticos, revera nihil est. Martyr quippe ille dicitur, sicut ipsum vocabulum indicat, qui testimonium reddit usque ad sanguinis effusionem, de veritate facti ; et quidem in casu, de veritate factorum quibus religionis nostrae veritas comprobatur. Ideoque, martyres per excellentiam fuerunt apostoli et primi discipuli, qui testes occubuerunt miraculorum et doctrinae Christi, testes resurrectionis eius, testes denique eorum omnium quae viderant, quae perspexerant, quae manibus suis contrectaverant de Verbo vitae ; caeteri vero post ipsos, eatenus martyres, quatenus in continuitate et solidaritate unius Ecclesiae apostolicae, idem testimonium per saeculorum decursum prolongaverunt. At haereticus, quaeso, cuiusnam rei testis esse potest, nisi sui privati sensus, privatae opinionis, privatique, iudiciine dicam, an illuminismi ? (2).

(1) August. epist. 185, n. 21.

(2) « Je crois, dit Pascal, des témoins qui se font égorger. Rien de « plus vrai ; mais Pascal n'a voulu parler que des apôtres ou des pro-

Quod si placeat martyres appellare eos qui utcumque persecutionem patiuntur, animadvertant adversarii quomodo in evangelio, non ii praecise qui patiuntur persecutionem, sed qui propter iustitiam patiuntur, beatificantur. « Non ergo, « qui propter iniquitatem, et propter cliristianae unitatis im- « piam divisionem, sed qui propter iustitiam patiuntur, hi « martyres veri sunt », inquit Augustinus (1). Neque enim poena martyrem facit, sed causa. Alioquin, si poena sufficit, ipsi quoque homicidae et latrones, martyrum numero accensendi. Denique : « Tres cruces in loco uno erant : in una latro « liberandus, in alia latro damnandus, in media Christus al- « ferum liberaturus et alterum damnaturus : quid similius istis «crucibus? quid dissimilius istis pendentibus?» (2). Absit itaque ut martyres ii fieri dicantur, quos iustarum legum vel metus coercet, vel affligit rigor.

Ergone, subsument, vi etiam et violentia propaganda religio Christi? abeundumque iam in Mahumetis disciplinam, cui pro praedicatione et persuasione terror armorum erat? Sed qui hanc conclusionem ex praemissis eruere volunt, statum quaestionis aut penitus ignorant, aut affectant ignorare. Neque enim nunc agitur de propaganda religione Christi, sed, quod longe diversum est, de defendenda societate christiana adversus suos perturbatores, suaeque fidei corruptores, quos omnes omnimode coercendos ipsa utique naturalis aequitatis regula dictat. Quod si ulterius, non ad solam fidelium protectionem,

* miers disciples,... morts pour attester la vérité d'un fait dont ils « avaient été les *témoins.* Rien de semblable ne s'est vu dans la rcli- « gion idolâtre, ni dans aucune secte de la religion juive ou chrétienne; « et l'on n'a jamais entendu dire que personne soit mort pour attester « qu'il avait vu les métamorphoses de Jupiter, les conversations de « Mahomet avec l'ange Gabriel, ou les disputes do Luther avec le dia- « blc ». Bonald, *Théorie du pouvoir,* l. 6, c. 4.

(1) August. epist. 185, n. 9.

(2) August. epist. 93, n. 7.

verum etiam aci ipsorum errantium correctionem, bene et recte vim materialem fatemur adhiberi : id certe, non sine discretione, tum personarum cogendarum, tum modi cogendi. Quia non quoslibet *sic* cogi posse asserimus: non infideles, non paganos, non baptismali charactere carentes, utpote sub Ecclesiae correctione minime positos, sed eos solos *qui quandoque fidem susceperunt, sicut haeretici et quicumque apostatae, ut impleant quod promiserunt, et teneant quod semel susceperunt* (1). Nec etiam quemlibet cogendi modum uti legitimum defendimus, sed qui natus sit pro variis locorum et temporum circumstantiis, ad veram conversionem cordis coadiuvare, omnia intelligendo iuxta ea quae fuerunt superius exposita. Et eiusmodi coactio, nedum sit evangelio contraria, in evangelio potius commendatur et iubetur. Huc enim pertinet quod Dominus, Luc. XIV-22, ad magnam coenam suam prius adduci iubet convivas, postea cogi. « Nam cum « ei servi sui respondissent, *Domine, factum est quod iussisti,* « *et adhuc est locus : Exite,* inquit, *in vias et sepes, et quoscum-* « *que inveneritis, cogite intrare.* In illis ergo qui leniter primo « adducti sunt, completa est prior (ad fidem vocatio); 'in istis « autem qui coguntur, (rebellio) coercetur. Nam quid est, *co-* « *gite intrare.,* cum primo dictum esset, *adducite,* et respon- « sum esset, *factum est quod iussisti, et adhuc est locus* ? Si « miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi, magis «ad eos qui prius vocati sunt miracula multa facta sunt,... « ut si talibus cogi iuberentur, priores convivae coacti esse « merito crederentur. Quapropter, si potestate quam per re- « ligionem ac fidem regum, tempore quo debuit, divino mu- « nere accepit Ecclesia, hi qui inveniuntur in viis et in se- « pibus, i. e. haeresibus et schismatibus, coguntur intrare: « non quia coguntur reprehendant, sed quo coguntur, atten- « dant. Convivium Domini, unitas est corporis Christi, non

(1) 8. Thom. 2-2, Q. 10, a. 8.

« solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pa-
« cis » (1).

Haec sunt quae multo melius, multoque certius de evangelio afferuntur, quam quae obiiciunt quidam adversarii ex parabola zizaniorum, ubi servis patrisfamilias interrogantibus : *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo ; unde ergo habet zizania ?... Vis, et colligimus ea ?* paterfamilias respondet: *Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus : Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Ista, inquam, obiiciunt, quasi sensus parabolae esset, debere nos sinere ut haeretici libere agant, libere praedicent, libere dogmatizent usque ad indicii tempus, in quo demum a Deo pro suis meritis damnabuntur. Sed frustra.

Considerandum enim est primo, quod non laude sed reprehensione potius digni exhibentur homines parabolae, quibus dormientibus, inimicus homo venit ad superseminandum malum semen : *Cum autem dormirent homines,* id est, negligentius agerent praepositi Ecclesiae, *venit inimicus eius, et super, seminavit zizania.* Considerandum est secundo, quod cum de zizaniis iam natis iamque crescentibus sermo est, non absolute prohibet paterfamilias ea evelli, sed ne forte simul eradicetur et triticum. Tunc ergo ex sententia illius, evellenda non sunt, cum periculum est eradicationis tritici, ita ut si hoc periculum non esset, sed potius esset periculum ne si non evellerentur, triticum laederent, mature forent evellenda, mature comburenda. Super omnia autem considerandum est tertio, quod parabola non agit de iis quae humanae providentiae subsunt, formaliter in quantum huiusmodi, sed tota versatur circa altiores providentiae divinae rationes et vias. Intendit enim Christus docere nos, in finem usque fore in mundo homines

(1) August. epist. 185, u. 24.

malos pessimarum doctrinarum seminatores, quos ipse tolerabit, quamvis sit omnipotens et bonus, nec sinet statim auferri, idque propter intentum finem salutis electorum, qui per triticum significantur. Nunc autem, etsi regimen humanum derivetur a regimine divino, ipsumque debeat imitari, adhuc tamen multa sunt quae rectissime tolerat Deus, et non recte tolerat homo. Non quod regula, formaliter loquendo, diversa sit, sed quia diversimode applicatur, pro diversa conditione universalis provisoris, et particularis. Nam aliquid quod bonum est secundum relationem ad finem quem universalis provisor intendit, potest non esse bonum secundum relationem ad finem quem curare habet provisor particularis, aut e converso, ut docet S. Thomas, 1-2, Q. 19, a. 10; ubi etiam praeclare explicat quomodo non in idem semper coincidat id quod Deus vult, et id quod vult nos velle. Quare parabola in medium adducta revera non est ad rem, et quacumque hypothesi facta, nullam habet aut habere potest in praesenti consequentiam.

Sic igitur dicendum quod recte ad protegendam religionem, ad coercendos eius perturbatores, generatimque loquendo, ad removenda impedimenta finis spiritualis, vis materialis adhibetur; imo vero, quod nullus esse potest nobilior eius usus (1).

(1) « Les chrétiens ont pris à la société païenne scs armes et scs tem-
« pies pour les transformer, non pour les détruire. Du temple ils ont
« expulsé l'idole. A la force ils ont imposé le droit. Cette folle pensée
« d'anéantir la force ne leur est même pas venue. La force se laisse dé-
« placer, se laisse discipliner, se laisse sanctifier: qui se flattera de
« l'anéantir, et pourquoi donc l'anéantir? Elle est une très bonne chose;
« elle est un don de Dieu, un caractère de Dieu. *Ego sum fortissimus*
« *Deus patris lui,* Ceu. XLVI-3.... De ce fer qu'il ôtait à la force bar-
« bare, le christianisme a fait des cuirasses pour les faibles, de nobles
« épées dont il a armé le droit. La force aux mains de l'Egliso est la
« force du droit, et nous no voulons pas que le droit demeure sans force.
« La force à sa place et faisant son office, voilà l'état régulier.... Il
«faudrait donner avec joie tout notre sang pour remettre la force dans
« son rôle légitime, pour l'attacher au seul service du droit. La force

Porro vis materialis computatur inter media societatis temporalis. Insuper, societas temporalis famulari debet Ecclesiae praestando de iis quae sibi propria sunt, quidquid requiri potest in ordine ad ultimum finem beatitudinis aeternae, ut in Quaestione praecedenti demonstratum est, Ergo, a primo ad ultimum, vere competit Statui officium, quod in nomine *brachii saecularis* expressum, omnia saecula christiana concorditer agnoverunt.

« doit protéger, affermir, venger le plus grand, le plus illustre, le plus « nécessaire droit de l'homme, qui est de connaître et de servir Dieu ; « elle doit mettre l'Eglise à même de dispenser ce droit à tout homme « sur la terre. N'abandonnons pas cette vérité que le catholicisme li- « béral jette et noie dans le courant, avec tant d'autres ». Veuillot, *Illusion libérale*, H XVIII.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONCORDATIS

Prima causa quae originem dedit concordatis, fuit decrementum fidei, et consequens diminutio vel etiam abiectio principiorum quae circa habitudinem Status ad Ecclesiam hactenus exposita sunt. Nam certe, si Status civilis talem se exhiberet, qualem oporteret ipsum esse secundum ordinatissimam Dei institutionem, defensorem scilicet et adiutorem Ecclesiae in sublimi munere quod habet, ducendi homines ad ultimum aeternae beatitudinis finem: intelligeret profecto, suarum partium esse, coordinare in omnibus proprias leges ad legislationem ecclesiasticam, ita scilicet ut in tuto semper remaneret necessaria harmonia ambarum potestatum. Haec quippe harmonia habet sufficiens sui principium in indirecta subordinatione unius potestatis ad alteram; quae subordinatio *ex natura rei* existons (uti superius demonstravimus), si ut par est agnoscatur, et exacte servetur, nihil ultra requiritur. Neque enim opus est specialibus concordiae pactis, quamdiu perseverare supponitur concordia illa regularis quam praestituit ac sancit ipsum ius naturale vel quasi naturale.

At, ex quo coeperunt infirmari apud nos principia quae in medio aevo fundamento fuerant splendido illi *christianitatis* aedificio, hoc est, a temporibus magni schismatis occidentalis saeculo XIV exeunte et XV ineunte, paulatim quoque consueverunt principes et gubernia, plus minus habere Ecclesiam, non iam ut matrem, sed ut aemulam potius et collateralem, imo extraneam, ne dicam inimicam potestatem. Inde simultates et conflictus, et quidem cum gravi detrimento ecclesiasticae disciplinae, necnon et pacis ac tranquillitatis ipsius civilis societatis; quibus etiam, propter rationem mox dictam, finis imponi

non poterat, sicut saeculo XI in querela investiturarum, per plenam victoriam iuris supra iniustas imperii usurpationes. Veniendum igitur fuit ad certas conventiones, per quas, mediantibus quibusdam concessionibus factis, obtineret Ecclesia, aut omnium iurium suorum recognitionem, aut saltem aliquorum; ad minus, libertatem et aliqualem Status protectionem. Et huiusmodi conventiones sunt, quae *Concordata* dicuntur. Antiquiora fuerunt, tum concordatum germanicum, inter Nicolaum V et Fredericum III, anno 1447, ad tollendas dissensiones obortas sive ob nominationes ad beneficia, sive ob ius annatarum; tum concordatum gallicum, inter Leonem X et Franciscum I, anno 1516, ad abolendam pragmaticam sanctionem, virtualiter schismaticam, et imbutam omnibus principiis quae in concilio Basileensi praevaluerant. Caetera sunt multo recentioris aetatis, a saeculo XVIII et deinceps. Distinguuntur a prioribus, tum amplitudine concessionum quas pro crescente malignitate temporum facere debuit Ecclesia, tum praesertim numero et frequentia. Vix enim nunc gubernium est cum sancta Sede apostolica communicationem habens, cum quo etiam speciale concordatum initum non fuerit. Atque hinc demum factum est ut ius commune Ecclesiae fere ubique cesserit iuri concordatitio.

Nunc autem circa concordata in genere duplex quaestio exoritur. Prima: utrum ex parte Ecclesiae rationem habeant concessionis privilegiorum. Altera: utrum nihilominus sint veri nominis pacta seu contractus, quorum ultro citroque constat obligatio, cuiusmodi ea plane sunt quae inter civitates legitime contrahi consueverunt. Ad quorum quaesitorum solutionem, duas sequentes ponimus conclusiones.

§ 1.

Qteorï spectata materia concordatoriun, dicendum est ea constare concessioniims privilegiorum ex parte Ecclesiae sets Pontificis, sponsione vero adimplendorum olliciorum aliunde iana debitorum ex parte Status sets EMncipis. Et quod liaee assertio (piae est omnium caitonistarum, nondum praeiaidicat (psaestionem aliam inter recentiores a^itatasn : sintae concordata, pura et nuda privilegia, an potius pacta synallagmatica, ex iustitia utramque partem obligantia.

Materia concordatorum in duplici classe invenitur. Ex una parte se tenent ea quae spondet Status. Et semper pertinent ad liberum exercitium religionis catholicae, consequenterque ad liberum exercitium iurisdictionis episcoporum, puta iuris cognoscendi de causis ecclesiasticis, puniendi poenis canonicis, adunandi synodos, erigendi scholas et seminaria, invigilandi integritati fidei per censuras et prohibitionem librorum, etc. Pertinent etiam ad instaurationem vel conservationem immunitatis ecclesiasticae, praecipue vero immunitatis clericorum a lege militiae: ad liberam ordinum regularium exsistentiam; ad facultatem acquirendi et administrandi bona divino cultui et sustentationi sacrorum ministrorum necessaria; ad restitutionem sub una vel altera forma faciendam, bonorum ecclesiasticorum iniuste ablatorum; generatimque loquendo, ad quaelibet Ecclesiae iura aut resarcienda, aut sarta tectaque servanda (1). Ex altera parte se tenent ea quae

(1) Ad haec pertinent articuli 1, 11,12, 15, concordati gallici anni 1801: « Art. 1. La religion catholique, apostolique, romaine, sera librement «exercée en France; son culte sera public, en se conformant aux rè- « gicmonts de police que le gouvernement jugera nécessaires pour la «tranquillité publique. — Art. 11. Les évêques pourront avoir un cha-

concedit Pontifex, utputa ius nominationis vel praesentationis ad sedes episcopales, ius exclusionis in collatione beneficiorum, ius ad iuramentum fidelitatis principi praestandae, nova dioeceseon vel parochiarum circumscriptio, condonatio usurpatorum Ecclesiae bonorum, quae etiam cum ad sustentationem cleri a gubernio stipendium repromittitur, veram condonationis rationem utique non amittit (1). Uniusmodi, inquam, est materia circa quam versantur omnia concordata. Et licet alia ab aliis differant per hoc, quod in quibusdam plus est de restitutione iurium Ecclesiae quam de concessionibus civili gubernio factis, ut ex. gr. in concordato austriaco anni 1855,

« pitre dans leur cathédrale, et nn séminaire pour leur diocèse, sans « que le Gouvernement s'oblige à les doter. — Art. 12. Toutes les égli- « ses métropolitaines, cathédrales, paroissiales et autres non aliénées, « necessaires au culte, seront remises à la disposition des évêques. — « Art. 15. Le gouvernement prendra des mesures pour que les catholi- « ques français puissent, s'ils le veulent, faire en faveur des églises des « fondations ».

(1) Ad haec articuli 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 13, 16, eiusdem concordati : « Art. 2. Il sera fait par le 8. Siège, de concert avec le gou- « vernement, une nouvelle circonscription des diocèses français. — Art. 3. « Sa Sainteté déclarera aux titulaires des évêchés français, qu'elle at- « tend d'eux, pour le bien de la paix et de l'unité, toute espèce de sacrifices, même celui de leurs sièges... — Art. 4. Le premier consul « nommera dans les trois mois qui suivront, aux archevêchés et évêchés « de la circonscription nouvelle. Sa Sainteté conférera l'institution ca- « nonique suivant les formes établies avant le changement de gouver- « nement. — Art. 5. Les nominations aux évêchés qui vaqueront dans « la suite, seront également faites par le premier consul, etc. — Art. 6. « Les évêques, avant d'entrer en fonctions, prêteront directement, entre « les mains du premier consul, le serment de fidélité qui était en usa- « ge, etc. — Art. 9. Les évêques feront une nouvelle circonscription des « paroisses de leurs diocèses, qui n'aura d'effets que d'après le consen- « tement du gouvernement. — Art. 10. Les évêques nommeront aux cu- « res. Leur choix ne pourra tomber que sur des personnes agréées du « gouvernement, etc. ».

in aliis e converso, ut in concordato gallico anni 1801: semper tamen id verum manet, quod Status nihil omnino spondet praeter ea ad quae stricta obligatione aliunde iam tenebatur, Ecclesia autem elargitur favores et privilegia, quemadmodum facile constat ex enumeratione mox facta. Non enim gratiam recipit Ecclesia, quando a Statu habet libertatem, protectionem, iurium quae a divino suo Fundatore accepit, imperturbatum ac tranquillum exercitium. At contra, admissio laicae potestatis in delectu personarum quae sacro ministerio fungantur, in circumscriptione dioeceseon ac parochiarum, in iis denique, quae cum ad interesse Status faciant, adhuc tamen nativo iure, solius sunt potestatis spiritualis; appositio quoque specialium fidelitatis pignorum erga gubernium pro tunc existons, condonatio demum gravissimorum damnorum per iniustas depraedationes perpessorum : haec omnia evidentissime prae se ferunt indolem concessionum, ad quas nullum proprium atque antecedens ius ex parte concessionarii, aut asseri aut etiam supponi potest. Ideo apud canonistas concordata saepe veniunt nomine indultorum seu privilegiorum, et recte ; siquidem per ea semper fit derogatio communi Ecclesiae iuri in gratiam cuiusdam particularis Status, ac per hoc, semper convenit eis ratio privilegii, quod definiri solet, privata lex specialem favorem contra vel praeter commune ius concedens.

Sed nunc considerandum venit quod inter alias divisiones privilegiorum, invenitur etiam divisio privilegii in conventionale, et purum seu absque pacto. «Regulariter, inquit Suarez « l. 8 de legibus, c. 4, n. 9, privilegia conceduntur, nullo in« terveniente pacto, sed per absolutam gratiam et beneficen« tiam concedentis, et de his privilegiis sub hac ratione specta« tis nihil superest dicendum, quia supra communem rationem « privilegii nihil addunt, nisi negationem conventionis et « recompensationis ex parte recipientis privilegium. Aliquando « vero conceditur privilegium, interveniente conventione seu

« pacto, ratione cuius quodammodo censetur privilegiarius « emere vel recompensare privilegium, et ideo distinctio haec « valde usitata est inter auctores, ut in discursu materiae vi- « dedimus.... Potest ergo esse lex privata aliquid speciale « concedens, vel contra, vel supra ius, non tamen omnino « gratiose, sed cum aliqua obligatione iustitiae seu recom- « pensatione recipientis, et hoc appellamus privilegium con- « ventionale. »

Quo quidem praesupposito, statim intelligitur quomodo praecedens nostra assertio, adhuc apertam relinquat quaestionem, cuinam divisioni privilegii adscribenda sint concordata: an scilicet privilegii puri, an potius privilegii conventionalis quod per modum et sub forma pacti conceditur. Et re quidem vera, omnia elementa ad supradictum conventionale privilegium requisita, non absurde forsitan dicerentur posse hic reperiri. Nec obstat quod ea quae Status spondet, sint aliunde iam debita, quia satis est ut fiant obligatoria novo titulo, scilicet titulo pacti seu contractus, praesertim cum Status, ut nunc supponimus, parum aut nihil curet obligationes quibus de iure divino devincitur erga religionem. Ubi ergo paratum se exhibet stare obligationi conventionis, si qua forte fiat, quid quaeso impediet quominus eiusmodi nova obligatio, re implenda et opere, accipiatur tamquam quaedam recompensatio pro concessione privilegii, et vicissim concessio privilegii tamquam reciproce se habens ad dictam obligationem, sine qua bonum ab Ecclesia intentum non obtineretur? Porro, his stantibus conditionibus, nihil amplius desideraretur ad verum contractum bilateralem, sive contractum proprie synallagmaticum appellare placeat, in quo unum pro alio permutatur, sive contractum innominatum : do ut des, facio ut facias, facio ut des, do ut facias.

Sic igitur, si materia concordatorum in se absolute et antecedenter consideretur, nihil aliud est quam materia debitorum officiorum ex parte Status, indebitorum privilegiorum

ex parte Ecclesiae. Sed quia talis etiam materia potest fieri obiectum pacti ultro citroque ex iustitia obligantis, consequenter ad consensum privilegiantis qui in transactionem venit cum privilegiario, constat quod ratio privilegii in casu non necessario excludit rationem contractus. Atque liinc tandem fit ut, firmis manentibus principiis quae in theologia et iure canonico intacta remanere debent, locus sit ulteriori inquisitioni circa concordatorum naturam et indolem. Fuerunt quippe hisce ultimis temporibus, qui dixerunt concordata esse contractus unilaterales, quibus Status se obligat erga Ecclesiam, non autem vice versa Ecclesia erga Statum, quia ex parte Ecclesiae sunt nuda privilegia, vel revocabilia ad nutum, vel ad summum simplicis fidelitatis, et non iustitiae debito communita (1). In contrarium vero stant alii plures, doctrina et auctoritate caeteris non impares (2); quorum sententiae, salvo meliori indicio, omnino censemus esse subscribendum, ut in conclusione quae sequitur.

§ 2.

Quo<I concordata sunt contractus bilaterales, seu conventiones quaruin ultro et citro constat obligatio r cuiusinocli eae plane sunt (piae inter civitates contrahi consueverunt.

Et primum argumentum sumitur ex diserta et explicita asseveratione Pontificum. Certe conclusio nostra constat ipsis-

(1) Card. **Cagiano de Azevedo,** *Delia natura e carattcre essenziale dei concordati.* Parigi, Firmin Didot 1850. — **Mauritius de Bonald** in opusculo: *Deux questions sur le concordat de 1801.* — **Tarquini,** *luris publici ecclesiastici institutiones,* 1. 1, cap. 2. — Et alii.

(2) Card. Agliardi, *Esamc della controversia sui concordati.* — De Augelis, *La questione dei concordati.* — **Turinaz,** *Les concordats et l'obligation réciproque qu'ils imposent à VEglise et à vEtat.* — **Paimieri,** *de Rom. Pont.* Thés. 22, in secunda editione, in qna auctor retractat sententiam quam in priori tradiderat.

simis verbis quibus protestatur Pius X in encyclica *Vehementer,* 11 Februarii anni 1906 : ^4poà/à?-r *Sedem inter et Rempublicam Gallicam conventionem eiusmodi intercessisse, culas ultro et citro constaret obligatio : cuiusmodi eae plane sunt quae inter civitates legitime contrahi consueverunt* (1). Et eodem prorsus modo protestatus fuerat Iulius III, de veteribus concordatis germanicis dicens: *Nos attendentes, concordata praedicta vim pacti inter partes habere, et quae ex pacto constant, absque partium consensu abrogari non consuevisse, neque debere..., statuimus iuxta ipsorum concordatorum continentiam et tenorem,* etc. (2). Quae quidem adeo expressa sunt, ut nullam patiantur glossam, nullam prorsus interpretationem a proprio verborum sensu utcumque declinantem.

Secundum argumentum sumitur ex inspectione ipsorum concordatorum in semetipsis. Nam primo, omne concordatum titulum habet *conventionis* (3). Praeterea, in corpore documenti, natura actus non aliter exprimitur quam nomine ptre//, *pacti miti, conventionis solemnis,* cum iis nempe formis solemnibus quae in solis pactis Internationalibus adhiberi solent (4). Tertio, Sancta Sedes et civile gubernium sese expresse

(1) Versio authentica fert: «Le concordat passé entre le Souverain « Pontife et le Gouvernement français, comme du reste tons les traités « du même genre que les Etats concluent entre eux, était un contrat « bilatéral qui obligeait des deux côtés ».

(2) Apud **Agliardi,** op. cit., et Nicolarts, Tit. 3 super Concord. Germ. dub. 3, § 2 et. seq.

(3) Ex. gr. « Convention entre le Gouvernement français et Sa Sain- « teté Pie VII, échangée le 25 Fructidor, an. IX (10 septembre 1801) ».

(4) Ex. gr. « Le Premier Consul de la République française, et Sa « Sainteté le Souverain Pontife Pie VII, ont nommé pour leurs plénipo- « tentiaires respectifs: Le Premier Consul, les citoyens Joseph Bona- « parte.... Sa Sainteté, S. E. Monseigneur Hercule Consalvi.... Lesquels, « après Féchange des pleins pouvoirs respectifs, ont arrêté la convcn- « tion suivante ».

declarant *partes contrahentes* (1). Quarto, eadem repetuntur in allocutionibus pontificiis quibus concordata annuntiantur, et in bullis quibus confirmantur: ubi si quid superadditur, non ad diminuendum additur, sed ad affirmandum etiam magis obligationem quam suo, suorumque successorum nomine Pontifex assumit, servandi inviolabiliter omnia ea de quibus facta conventio est (2). Et si quid aliud adhuc desideras, ecce tibi quinto pontificiam diplomatiam, in eodem semper sensu concordatorum naturam explicantem, et ex eodem ubique principio ea vindicantem contra violationem fidei datae ex parte civilis potestatis,(3). Unde tandem pronum est concludere

(1) In Concordato anni 1801: «Art. 17. Il est convenu *entre les par-* « *lies contractantes,* que dans le cas oîi quelqu'un des successeurs du « premier consul actuel ne serait pas catholique, etc. » — In concordato austriaco anni 1855, art. 35: «Idcirco *utraqne contrahentium pars* spon- « det se successoresque suos omnia et singula de quibus conventum est, «sancte servaturos».

(2) Bulla Leonis X super concordatum gallicam anni 1516, in Concilio Lateranensi V promulgata, haec habet: « (Supradictam concordiam) veri « contractus et obligationis inter Nos et Sedem apostolicam, ex una, et « praefatum regem et regnum suum, ex altera parte, legitime initi vim « et robur obtinere ».

(3) « Il y a plus. Les Papes défendant contre de fausses interpréta- « fions des concordats, le vraie nature et la portée de ces conventions, « affirment la double et égale obligation qu'ils imposent aux deux par- « tics contractantes, et repoussent ainsi manifestement l'opinion qui « nous est opposée. Le ministre des affaires étrangères du roi de Sar- « daigne ayant, dans une dépêche du 28 juin 1850, blâmé le Pro-Secré- « taire d'état du Souverain Pontife, *d'avoir attribué aux concordats con-* « *dus arec le S. Siège le caractère et l'essence même des traités par lesquels* « *les Etats laïques s'engagent les uns envers les autres,* le cardinal Auto- « nelli, par une dépêche du 28 juillet, maintint son appréciation, et « exposa la doctrine du S. Siège sur la nature des concordats. Il affirme « qne *par ces traités solennels sont établies, relativement à l'exercice de ccr-* « *tains droits, des règles à l'observance desquelles s'obligent, chacune de son* « *côté pour ce qui la regarde, les deux puissances suprêmes du territoire de* « *S. M. le roi de Sardaigne, la puissance ecclésiastique, et la puissance ci-*

cum Card. Agliardi, op. cit. n. 9: Dicimus ergo, concordata esse contractus, quia Papa vocat illa contractus; dicimus Pa-

« vile. Par les traités susdits, la nature de l'objet, qui est toujours de di-
« scipline ecclésiastique, ne se trouve pas changée; il y a seulement des mo-
« dijications sur quelques points de cette discipline; mais les dispositions qu'ils
« contiennent n'en ont pas moins, en vertu de cette stipulation solennelle, une
« force spéciale qui oblige les parties contractantes à une réciproque et plus
« étroite observance, de telle sorte que ces traités, bien qu'ils aient pour objet
« des points de discipline ecclésiastique, prennent cependant le caractère de
« ceux qu'on appelle internationaux. Le même Cardinal, déclarant expres-
« sement écrire par ordre de Souverain Pontife, invoquait dans une lettre
« dn 3 Août 1861, au baron Von Hngel, ministre du roi de Wurtem-
« berg, le concordat de 1857, *qui eut*, dit-il, *le véritable caractère d'un*
«pacte obligeant les deux parties. Et il poursuit en ces termes: *Cela se*
«prouve tant par les noms des plénipotentiaires respectifs, auxquels on avait
« donné les instructions nécessaires pour traiter, que par la forme même de
« l'acte, lequel a été souscrit par les plénipotentiaires des deux parties, et en-
« suite ratifié selon Vusage par les deux parties contractantes. Et pour que,
« même après la signature, il fût plus évident encore que l'acte avait la na-
« tare d'un contrat, le Saint-Siège et le Gouvernement du roi, conformément
« à la convention, se mirent immédiatement à exécuter quelques points dont
« on était convenu. Puis donc qu'il est démontré que la convention a vraiment
« le caractère bien déterminé d'un contrat obligeant les deux parties, Votre
« Excellence devra bien avouer que le contrat n'a point perdu sa force et sa
« valeur par un décret émané de l'une des deux seulement, etc. Pie IX lui-
« même, dans l'allocution consistoriale du 1er novembre 1850, fit enter,-
« dre ses protestations contre les actes dn gouvernement Sarde au sujet
« du Concordat, et, confirmant hautement la doctrine exposée en son
«nom par le Cardinal Antonelli, il disait: *Vous comprenez la gravité de*
« tels actes, vous concevez ce que deviendraient les choses saintes, si les droits
« de VEglise et les canons tombaient dans le mépris, si l'on ne reconnaissait
« même plus la force des pactes régulièrement intervenus entre le Saint-Siège et
« la puissance civile: Si neque sua stetfides pactis inter Sanctam hanc Sedem
« et civilem potestatem rite conventis.... Earum (conventionum) *vi ac iure*
« contempto et labefactato, aliorum quoque publicorum privatorumque pacto-
« rum ratio concideret. Si de pareils textes ne sont pas décisifs, aucune
« démonstration n'est possible par des textes, quels qu'ils soient ». **Tu-**
rinaz, *Les Concordats et l'obligation réciproque qu'ils imposent à l'Eglise et à l'Etat.* Paris, Retaux, 1887.

pam esse partem contrahentem, quia Papa expresse se profitetur partem contrahentem; dicimus Papam esse, tam personaliter quam in suis successoribus obligatum erga Statum, quamdiu Status steterit conditionibus pacti, quia Papa solemniter protestatur, concordata obtinere vim et robur verae obligationis inter Sanctam Sedem et civile gubernium. Et non est modus aliter dicendi, quia si aliter diceremus, faceremus Papam mendacem, et committeremus bonam fidem Ecclesiae, quandoquidem nemini unquam persuadebitur, allatas formulas compati posse violentiam quam eis inferre coguntur adversarii.

Atque hinc sumitur tertium etiam argumentum, quia si verum esset quod adversarii dicunt, sequeretur non fuisse ad hanc usque diem concordatum ullum legitime initum, cuius constet obligatio, etiam ex parte Status. Quantumcumque enim unilateralem contractum dicere placuerit, non erit, puto, medium subtrahendi eum a generalibus legibus omnium contractuum, quarum prima haec est, quod error circa substantiam contractus invalidât eum. Nunc autem error est circa substantiam contractus, quando erratur circa contractus speciem, utputa, si contractus qui revera unilateralis est, habeatur pro bilaterali. Aliunde vero, si quid manifestum, si quid evidens, si quid indubium, id demum erit: Status omnes qui hactenus cum Ecclesia concordata inierunt, nihil prorsus suspicatos esse de unilateralitate obligationis ab adversariis in medium nunc adducta. De quo quidem, inter alia multa, signum omni exceptione maius in hoc est, quod in tot sophismatibus studiose quaesitis, quibus gubernia sese excusare tentaverunt a violato iure gentium in abrogatione concordatorum, ne vestigium quidem unquam occurrit rationis quae in hypothesi, prae aliis omnibus peremptoria eis visa fuisset: si potest S. Sedes ex sua parte, illaesa iustitia, revocare concordata, cur non idem ratione reciprocitatis liceret et Statui? (1)

(1) **Cf. Agiiardi,** op. cit. n. 23.

Nunc autem, contra tam aperta argumenta ex visceribus rei petita, ii qui ex parte adversa stant supracitati canonistae, nihil habent quod opponant praeter rationes a priori. Dicunt quod principia de divina constitutione Ecclesiae, de habitudine eius ad Statum, de plenitudine potestatis pascendi a Christo Domino immediate collata Petro et successoribus eius, repugnant litterali acceptioni terminorum quibus documenta concordatitia constant. Necesse igitur esse ad sensus improprios declinare, cum ibi quoque locus sit regulari exceptioni quae traditur de Scriptura, litteraliter utique interpretanda, ubi tamen nihil obstat. In unaquaque materia sedulo distinguenda esse argumenta quae, vim et dignitatem obtinent probationum, ab iis quae obiectionum seu difficultatum ordinem non transcendunt. Denique, a non posse esse ad non esse valere illationem, ac per hoc, recte concludi quod concordata contractus bilaterales non sunt, quia iuxta principiorum exigentiam, contractus bilaterales esse non possunt (1). De valore huius processus diiudicet unusquisque, et videat utrum non sit forte praeferendus ille alius quem tenuimus: Solemnes conventiones Statum inter et Summum Pontificem, non compati ullo modo interpretationes improprias, innaturales, peregrinas, constanti terminorum usurpationi per omnia repugnantes, quas necesse habent fingere, quicumque a concordatis rationem pacti abesse volunt. Firmiter ergo tenendum, concordata talia revera esse, qualia sese ex tenore documentorum produnt, adeoque, contractus bilaterales esse posse, quia contractus bilaterales revera sunt. Caeterum, si ex parte principiorum aliqua viderentur in contrarium stare, ibi potius agnoscendas esse difficultates quae solvendae forsitan adhuc remanebunt, non argumenta quae vim et dignitatem probationum obtineant (2). Ubinarn, quaeso, rectus procedendi

(1) Ita Card. **Tarquini,** *Instit. luris,* l. c., et in responsione ad Canonicum Do Angelis, 30 iulii 1872.

(2) Ita Card. **Agliardi,** op. cit. n. 6, seq.

modus? Ubi legitima methodus quae semper a certioribus et evidetntioribus initium syllogizandi sumit? Non enim immerito forsitan dices, nihil evidentius esse quam factum a quo exordimur, nihil inevidentius quam oppositio principiorum in qua suum fundamentum ponunt adversarii.

Et re quidem vera, rationes eorum ad has tres reducuntur. Prima est, quia ea quae concedit Ecclesia, spiritualia sunt: ea quae affert Status, temporalia. Si ergo pactum proprie dictum intercederet Statum inter et Ecclesiam, simoniaca labe esset infectum. — Secunda est, quia ea est concordatorum materia, in qua Papa est princeps, Status est subditus. Atqui inter principem et subditum contractus synallagmaticus vel bilateralis, ex iustitia utramque partem obligans, intercedere nequit. — Tertia et principalis est, quia Papa non potest alienare aut diminuere supremam ac plenam potestatem quam accepit a Christo, debetque illam integram atque intactam servare suis successoribus. Diminueret autem illam, si se successoresque suos titulo iustitiae erga Statum obligaret. Necesse igitur est ut concordata nihil plus sint quam privilegia a Pontifice concessa, nullo interveniente pacto quo Pontifex ipse erga Statum ligaretur. — Haec sunt fundamenta adversariorum. At, si quis recte consideret, facile videbit rationes eiusmodi nil minus esse quam demonstrativas, ut statim ostendo.

Et prima est manifeste nulla, quia praescindendo nunc a multis aliis considerationibus, absolute negari debet suppositum, videlicet: temporalia esse, quae spondet Status in concordatis. Imo vero, servitia sunt, obiecto et fine plane spiritualia, utpote tota quanta, ad protectionem, defensionem, et sustentationem religionis ordinata. Quod enim dicunt, Statum nihil posse de suo conferre nisi temporale, verum est si materialiter accipiatur, falsum si per ordinem ad finem. Sicut opus quod de se servile est, servile esse desinit si impendatur in cultum Dei, puta in apparatum sacrae proces-

sionis, vel aliquid huiusmodi. Unde Dominus in evangelio. Matth. XII-5: *Non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt* ?j,Sabbatum. inquit, violant, victimas iugulando, excoriando, dissecando, componendo ligna, accendendo ignem quo victimae in honorem Dei comburantur. Quae opera in se nude spectata servilia sunt, et sabbatum violarent, nisi pietas et sanctitas excusaret, e servilibus ac profanis sacra efficiendo. Et idem proportionaliter dicendum in praesenti. Quo fit ut foedum illud simoniae crimen, quo spirituale emitur vel venditur vel quocumque modo recompensatur pretio temporali, ne per longinquam quidem apparentiam, locum hic habere possit (1).

Altera quoque ratio non sustinetur. Tota enim nititur in hoc principio, quod non potest inter principem et subditum intercedere pactum bilaterale ex iustitia. Sed hoc principium est falsum. Quotidie enim videmus privatos homines vel minores societates contrahere cum gubernio, id est, subditum cum principe, emendo ex. gr. privilegia quae solus princeps qua talis concedere potest. Imo emebantur olim officiaJiaereditaria in curiis et parlamentis, et licet nunc disputent de convenientia eiusmodi institutionis seu consuetudinis, non eo tamen praetextu, quod mutua institiae obligatio devincire nequit principem ad subditum, et vice versa. Esset quidem hoc impossibile, loquendo de Deo et creatura : tum quia Deus est essentialiter absolutissimus omnium dominus, supra omnem legem omnemque obligationem ineffabiliter excelsus ; tum quia omnia quaecumque habet creatura, a Deo habet participata, quae nunquam alicuius debiti in rigore iustitiae apud ipsum exigitiva esse possint. Sed hae conditiones, quam longe absint ab Ecclesia relate ad Statum, non opus est, puto, demonstrare. Et ideo, qui exemplum sumunt adversarii, ex pactis quae conclusit Deus cum hominibus in veteri et novo

(1) Agliardi, op. cit., n. 26.

testamento, ut inde aliquam consequentiam trahant in materia concordatorum, nihil prorsus evincunt, praeteraeque nihil. Esset etiam impossibilis mutua haec iustitiae obligatio, si obligatio ipsa veniret ab ordinatione superioris cum quo subditus paciscitur, siquidem sua propria lege superior ligari utique non posset. Nunc autem obligatio in pactis venit a sola lege naturali, cui aequaliter subiecti sunt, tam superior quam inferior, tam princeps quam subditus, quaeque indiscriminatim iubet ut conventiones a quibuscumque et inter quoscumque legitime initae sancte custodiantur. Non ergo ullo modo valet argumentum desumptum ex hoc quod in rebus ad religionem pertinentibus, Papa est princeps, Status vero est subditus (1).

.Remaneret itaque tertia ratio, cui maxime confidunt adversarii: *Integrum quidem esse principi civili cedere de suis iuribus, seu de potestate quam possidet in proprium; non item Pontifici. Papam non esse nisi vicarium supremi et immortalis capitis Ecclesiae, scilicet Christi; potestatem qua fungitur non esse suam, sed eius a quo habet commissam, ut nomine eius Ecclesiam regat; adeoque nec reponi in libera sua dispositione, ut possit eam alienare, vel diminuere, vel qualitercumque modificare; sed qualem ipse accepit, talem esse successoribus transmittendam, etc.* Quae omnia ultro concedimus, utpote verissima et extra omnem controversiam posita. Unum tamen superesset demonstrandum: obligationem nempe per concordata contractam importare alienationem vel diminutionem iurisdictionis pontificiae. Et hoc est quod adversarii omittunt ostendere. Nos autem positive ostendimus contrarium, ita ut hic quoque, sicut in duobus superioribus argumentis, negatione suppositi tota de integro responsio constet.

Et re quidem vera, obligatio concordati integram relinquit potestatem papalem, integrum quoque usum eius, formaliter

(1) **Id. n. 27.**

qua potestas est. Non enim sequitur: si Papa pacto se ligat respectu civilis gubernii, concedendo ex. gr. ius praesentationis ad sedes episcopales, ergo non potest iam valide instituere episcopos extra formam concordatitiam. Sed sequitur tantum: ergo, quamdiu pactum durat, etsi semper valide, illicite tamen et contra fidem datam institueret. Sicut non sequitur: si Titius se ligat respectu Bertae contractu sponsalitio, ergo non potest cum alia validum contrahere matrimonium. Imo valide contraheret, peccando tamen contra iustitiam. Unde, nulla diminutio, nulla alienatio *potestatis*, sed quod longe aliud est, obligatio *conscientiae* in ordine ad *licitum* potestatis usum. Et simile est cum sacerdos degradatur, vel deponitur, vel suspenditur a divinis. Numquid ideo detrimentum subit potestatis quam in ordinatione sua immediate accepit a Deo, utique inalienabilem et per omnia invariabilem, consecrandi corpus et sanguinem Christi? Nullo modo, impossibile est enim. Manet intacta potestas, et si missam celebrat, valide celebrat, sed oneratur conscientia ne celebratio fiat. Idem cum proportione in praesenti.

Et quod reipsa ita sit, ostendi etiam potest usque ad evidentiam, ex iuramentis quae in conclavi ante electionem imponuntur cardinalibus. Iureiurando enim singulus quisque se obligat, pro casu in quo eligeretur in pontificem, ad plura vel faciendum vel omittendum, quae ex sese sunt sub libera pontificiae potestatis determinatione. Liceat itaque quaerere ab adversario: Obligatio huiusmodi estne restrictiva, vel non restrictiva papalis potestatis? Si restrictivam dicis, sequitur quod quisquis nunc in Petri successorem assumitur, nonnisi papa diminutae auctoritatis est; sequitur etiam quod contra fundamentalem Ecclesiae constitutionem fecerunt praecedentes pontifices, qui lege lata, cardinalibus in conclavi adunatis praefata iuramenta imposuerunt. Sin autem dicis non restrictivam, ut revera dicere debes, iam fortasse aestimabis quo loco reponendum sit tuum argumentum in materia concordatorum. Undecumque

enim veniat obligatio conscientiam ligans, sive ex iuramento, sive ex pacto legitimo, nihil omnino refert in ordine ad rem de qua nunc agitur.

Obiicies forte, discrimen esse duplex: primo quod iuramentum praestat qui nondum est papa electus, sed adhuc eligendus; secundo quod per iuramentum obligat se personaliter tantum, et non suos successores. Sed neutrum ex his aliquid valet.

Non valet primum. Et aliis nunc considerationibus omissis, sufficiet animadvertere quod ratio cur iuramentum electioni praemittitur, nulla alia est nisi quia post electionem non posset amplius *imponi.* Ut ergo iuramenti praestatio declinari a novo papa omnino non possit, institutum est ut tunc exigeretur, quando legis ecclesiasticae coactio adhuc locum habet. Caeterum, iidem prorsus effectus sunt, eaedemque consequentiae, dum obligatorie fit a Papa adhuc eligendo, ac si libere fieret a Papa iam electo. Unde ex hoc capite nulla differentia.

Nec etiam valet secundum. Quid enim in praesenti refert, quod obligatio transeat, vel non transeat ad successores? Solum quaeritur utrum diminuat vel non diminuat supremam iurisdictionem. Si diminuit, etiam in hoc signato pontifice personaliter accepto esse non poterit, cum non possit Papa limitare suam potestatem magis quam potestatem successorum, imo ideo praecise successorum non possit, quia non potest suam. Si autem non diminuit, nihil profecto obstabit quominus haereditate etiam a decessore ad successorem transmittenda contrahatur, prout requirent temporum conditiones, bonum animarum, et Ecclesiae utilitas. Et iuramenta quidem in conclavi emissa, personalem tantum obligationem creant, ut per se notum est. At solemnia pacta cum civilibus guberniis inita obligant Papam cum suis successoribus, quia, uti ex tenore ipsorum concordatorum apertissime constat, suo suorumque successorum nomine Papa illa concludit, vultque ea obtinere vim

et robur verae obligationis inter Sanctam Sedem ex una parte, et Status paciscentes ex altera.

Quamquam semper implicita intelligitur ista clausula derogatoria: *Nisi vergere incipiant in evidens detrimentum animarum, et dispendium salutis aeternae.* Nam, ut bene notat Card. Agliardi, op. cit. n. 4., pro impossibili in utroque iure habetur, quidquid honestati opponitur, et legi naturali vel divinae. Et talis impossibilitas iuris aequiparatur impossibilitati facti, de qua valent axiomata: ad impossibile nemo tenetur, et iterum: impossibilium nulla obligatio. Quod quidem multo adhuc magis verificatur in Pontifice Romano, utpote qui primus est tutor et vindex iuris divini, et in vi sui primatus, de iure potest supra ius dispensare, ut dicitur in decretalibus, Gap. *Proposuit,* 4 *De Concess. Praeb.*

QUAESTIO XX

DE IMMUNITATE ECCLESIASTICA

Superest dicendum de immunitate ecclesiastica, seu de exemptione clericorum a temporalium principum iurisdictione. Quae quidem immunitas analogiam habet cum immunitatibus legatorum exterarum gentium apud amicam nationem residentium. Nam sicut isti immunes sunt a iurisdictione principis apud quem commorantur, non solum in iis quae spectant ad sui mandati exercitium, verum etiam in caeteris in quibus alias, iure privatorum civium censendi forent: ita ordo clericorum, tamquam legatio Magni Regis apud humanum genus exsistens, non in iis duntaxat quae ad Deum spectant, sed et in ipsis temporalibus a saeculari indicio liber asseritur.

Neque in hoc habetur ratio *privilegii* proprie dicti. Nam si privilegium stricte accipiatur pro derogatione facta iuri communi, in favorem aliquorum qui huic eidem iuri ex sese subiecti praesupponuntur: sic, generaliter saltem loquendo, immunitas *clericorum (pia talium* non est adscribenda privilegio, utpote qui ipso originali et connaturali iure sui status, exempti dicendi sint (1). Quamquam, si latiori sensu privilegii nomen

(1) Hic obiter nota quod multo minus dici poterit *privilegium a societate civili concessum,* quia contra hoc facerent, praeter rationes theologicas, rationes etiam historicae. Certe, non fuit concessum a societate civili pagana, in qua primum adolevit Ecclesia, ut per se evidens est. Sed nec etiam a societate civili christiana, cui Ecclesia anterior est, et ad quam comparatur ut iustitutrix et mater. « L'invitation faite (par « les catholiques libéraux) à l'Eglise de renoncer au *privilège,* est un de

adhibeatur, pro quanto comprehendere etiam potest ius aliquod naturale vel divinum, aliquibus *specialiter* conveniens comparatione aliorum: sic sine inconvenienti admittetur appellatio. Et hoc modo loquuntur multi, inter quos Suarez in Defensione fidei, l. 4, c. 1, n. 2.

Porro, uti infra idem observat Suarez, etsi privilegium exemptionis commune sit Summo Pontifici et reliquis clericis, cum ipse non solum clericus sit, sed etiam clericorum et totius Ecclesiae princeps et caput: nihilominus, quia in illo propter singularem eminentiam notior est talis privilegii origo, et quia illius cognitio parat viam ad determinandam originem immunitatis in aliis: ideo prius de Papa, deinde de caeteris, breviter tamen, et prout ratio, non canonici, sed theologici instituti fert, per ordinem dicendum ultimo loco nunc venit.

« 668 mots qui blessent le sens catholique. En effet, l'Eglise a une con-
« stitution divine, elle vit de son droit propre, et non de privilège. Qui
« donc lui aurait accordé un privilège qui ne lui appartint pas de na-
« turc? L'Etat ? Mais alors la société civile est donc supérieure à la
« société religieuse, et peut légitimement lui reprendre ce qu'elle lui a
«bénévolement octroyé? L'histoire d'accord avec le bon sens chrétien,
« condamne la fausse vue que trahit ce langage. L'Eglise n'a pas été
« faite par l'Etat; c'est elle an contraire qui a fait l'Etat et la société ;
«et ni l'Etat ni la société n'ont octroyé à l'Eglise des privilèges; ils
« lui ont reconnu une manière d'être antérieure à leur propre existence,
« un droit qui ne relève d'eux en aucune sorte, et qu'ils ne peuvent
« modifier que par un abus contre lequel l'intérêt public l'oblige de
« protester. Nous no pouvons partager l'ignorance où l'ingratitude ré-
« volutionnaire prend soin de s'enfermer. Nous savons que l'Eglise a
« grandi malgré la puissance païenne, qu'elle a changé l'assiette du
« monde, qu'elle est en un mot la mère et l'institutrice des Etats chré-
« tiens, et que la supériorité de leur civilisation est due à ses principes,
« et en dépend toujours. Nous savons aussi que l'Eglise n'a pu accom-
« plir ce grand ouvrage, ne l'a pu défendre, et ne le pourra maintenir
« qu'au moyen de cette constitution propre qui lui a été donnée de Dieu
« pour agir dans le monde. » **Veuillot,** *Illusion libérale*, H 24.

§ 1.

Quod suillinus Pontifex de iure divino habet plenam et absolutam ab omni iurisdietione saeculari exeinptio-iiein. Et (jiiod liaec exemptio convenienti et reg-ulavi modo actuari non potuit, praesertim post Romani imperii dislocationem, eiusdeiiMpie in multa reg*na divisionem, nisi mediante civili principatu (pio ab anticpio, providente Deo, Sedes apostolica potita est.

Prae primis observa cum Suarezio, l. c. cap. 4, quod ius divinum in praesenti, duobus modis intelligi potest. Uno modo potest intelligi ius divinum positivum, sicut si privilegium immunitatis positive ac directe, seu propria ac peculiari voluntate, a Christo Domino Pontifici collatum fuisse constaret. Et tale ius plures non male colligunt ex loco illo Matthaei, ubi occasione quaestionis ab exactoribus tributi Petro factae, *an magister eorum solveret didrachma,* Christus non solum personalem suam immunitatem asserit, ut quae nativo iure competeret proprio filio Summi Pegis, cuius creaturae et servi sunt quotquot in terra reges imperant: verum etiam Petrum sibi in eadem exemptione expresse associare videtur decens: *Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle; et aperto ore eius, invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te* (1). Alio modo intelligi potest ius divinum naturale: quatenus supposita dignitate supernaturali a Deo Pontifici collata, immunitatis privilegium secundum rectam rationem necessario ex ea consequi ostenderetur: siquidem ab eo a quo est forma, ab eodem etiam sunt quae naturaliter et per se consequuntur ad formam. Porro, hoc secundo *saltem* modo, de iure divino esse immu-

(1) Mattii. XVII-25.

nitatem pontificiam, concors est omnium theologorum et canonistarum sententia.

Ratio praecipua est, ait Bellarminus (1), quia Papa princeps est Ecclesiae totius, et proinde superiorem in terris non habet, nec habere potest. Nam quia summus princeps est Ecclesiae, non potest indicari ab ullo ecclesiastico antistite. Rursus, quia respublica ecclesiastica spiritualis est, ac proinde maior ac sublimior quavis republica temporali, propterea summus princeps Ecclesiae dirigere et indicare potest summum principem reipublicae temporalis, non autem ab eo dirigi aut indicari debet, nisi rectus ordo et ipsa rerum natura pervertatur.

Et amplius confirmatur, quia Pontifex vi suae potestatis spiritualis potest disponere de ipsa suprema saeculari potestate, prout necessarium fuerit ad rerum spiritualium convenientem gubernationem, ut supra ostensum est. Ergo ex vi huius potestatis habet auctoritatem praecipiendi cuicumque principi ne in suam personam iurisdictionem exercere praesumat, potestque irritare quidquid in contrarium attentaret: quia sine dubio talis exemptio maxime pertinet ad spirituale bonum Ecclesiae, hoc est, ad reverentiam debitam Christo et personae gerenti vices eius in terris, et ad omnimodam independentiam ministerii Pontificis in toto mundo, apud omnes gentes. Ergo repugnat, Pontificem esse de iure subiectum in temporalibus alicui principi seu Statui, quia repugnat ut subditus habeat potestatem irritandi actum superioris in eo in quo ei subiectus est (2). Vides igitur non valere oppositionem desumptam ex hoc, quod cum Pontifex ex vi suae dignitatis non sit superior in temporalibus directe, sed imo vi iuris divini habeat iurisdictionem spiritualem, indirecte tantum sese extendentem ad temporalia: ideo sine contradi-

(1) **Bellarm.** *de Jiom» Pont.* l. **2, c. 26.**

(2) **Suarez,** *Defensio fidei,* l. **4, c. 4, n. 8.**

ctione assereretur subiectus in iis simul et superior: subiectus directe ut homo, superior indirecte ut pontifex, cum illa duo in casu, subiectio nempe et praelatio, nec secundum eamdem rationem, nec respectu eiusdem et secundum idem dicerentur. Non valet, inquam, haec oppositio, propter rationem mox factam: Quia pontifex ut homo; semper is esta quo pontifex, ut pontifex, praecise vi suae indirectae potestatis, removere poterit indicium saeculare, cassando atque irritando quidquid in hac parte civilis magistratus seu princeps attentare praesumeret.

Hic tamen oportet accurate distinguere ius exemptionis, et eius actuationem. Nec est consequens: si ius inseparabile est a dignitate pontificia, ergo et actuatio iuris semper eam debuit de facto comitari. Quare Petrus eiusque successores, toto tempore gentilium imperatorum exempti quidem fuerunt ab eorum iurisdictione quoad privilegium, tametsi usum privilegii pro eo tempore de facto non habuerint, nihil in hoc repugnante iure divino. Sed tempus paganorum imperatorum erat tempus persecutionum in quo adhuc fremebant gentes, et populi meditabantur inania, et nondum habebat Ecclesia suum pacificum ac regularem statum. Cuius quidem regularis status cum post tria ferme saecula tempus tandem advenisset, dispositione mirabili ordinavit procuravitque divina Providentia ut Summi Pontifices in usum etiam venirent suae immunitatis; venirent, inquam, et non qualicumque modo, sed praecise ope civilis principatus Sedis apostolicae, qui aliquo vero sensu initiatus a temporibus Constantini (1), saeculo de:

(1) « Dans Rome encore païenne, le Pontife romain gênait déjà les « Césars... Une main cachée les chassait de la *ville éternelle,* pour la don- « ner au chef de *VEglise éternelle.* Peut-être que, dans l'esprit de Con- « stautin, un commencement de foi et de respect se mêla à la gêne dont «je parle; mais je ne doute pas un instant que ce sentiment n'ait inllué « sur la détermination qu'il prit de transporter le siège de l'empire, « beaucoup plus que tous les motifs politiques qu'on lui prête : ainsi

mum nono ineunte per Carolum Magnum ultimo constitutus, seu verius, confirmatus est (1).

« s'accomplissait le décret du Très-Haut. La même enceinte ne pouvait « renfermer l'empereur et le Pontife. Constantin céda Rome au Pape. « La conscience du genre humain ne l'entendit pas autrement, et de là « naquit la *fable* de la donation, qui est *très vraie*.... Il n'y a doue rien « de si vrai que la donation de Constantin. De ce moment, ou sent que « les empereurs ne sont plus chez eux à Rome. Ils ressemblent à des « étrangers qui de temps en temps viennent y loger avec permission. « Mais voici qui est pins étonnant encore. Odoacre avec ses Hérnles vient « mettre fin à l'empire d'Occident en 475 ; bientôt après, les Hérnles « disparaissent devant les Groths, et ceux-ci à leur tour cèdent la place « aux Lombards, qui s'emparent du royaume d'Italie. Quelle force, pen- « dant plus de trois siècles, empêchait tous les princes de fixer d'une « manière stable leur trône à Rome? Quel bras les repoussait à Milan, « à Pavie, à Ravenuo, etc. ? C'était la *donation* qui agissait sans cesse, « et qui partait de trop haut pour n'être par exécutée. » **J. de Maistre,** *du Pape,* l. 2, eh. 7.

(1) Confirmatum dico, potius quam institutum. Nam a longo iani tempore Pontifices Romani incuriae Constantinopolitanorum imperatorum subvenientes, fungebantur versus populos Italiae omnibus officiis principatus. Quo fit ut in veteribus diplomatibus, ea quae a Carolo Magno in favorem 8. Sedis acta sunt, *restitutionis* magis quam *donationis* nomine veniant. « C'est un point qui ne saurait être contesté, que les Papes « ne cessèrent de travailler, pour maintenir aux empereurs grecs ce qui « leur restait de l'Italie, contre les Goths, les Hérnles et les Lombards... « Us conjuraient sans cesse les empereurs grecs de venir au secours de «l'Italie; mais que pouvait-on obtenir de ces misérables princes? Non « seulement ils ne pouvaient rien faire pour l'Italie, mais ils la trahis- « saient systématiquement, pareequ'ayant des traités avec les barbares «qui les menaçaient du côte de Constantinople, ils n'osaieut pas les in- « quiéter en Italie. L'état de ces belles contrées ne se peut décrire, et « fait encore pitié dans l'histoire. Désolée par les barbares, abandonnée « par ses souverains, l'Italie ne savait plus à qui elle appartenait, et « ses peuples étaient réduits au désespoir. Au milieu de ces grandes « calamités, les Papes étaient le refuge unique des malheureux. Sans le « vouloir, et par la force seule des circonstances, les Papes étaient sub- « stitués à l'empereur, et tous les yeux se tournaient de leur côté. Ita-

Et re quidem vera, immunitatem facti quae in Pontifice esse debet, non alia ratione connaturaliter obtineri potuisse, tribus potissimum argumentis ostenditur.

Primum est, quia societas humana non fert nisi gubernantes et gubernatos. Quisquis autem, nec subditi nec principis conditionem habere supponeretur, eo ipso foret in statu plane abnormi constitutus, quasi exsistens in societate, quin pars sit societatis. Si ergo dignitas et sacrum ministerium Pontificis omnem civilem respuit sublectionem, independentem utique requirit principatum. — Secundum est, quia libertas supremi antistitis temporali principatu non munita, nec secura esset, nec stabilis, sed admodum precaria, et in arbitrio Status apud quem hospitaretur, semper reposita. — Tertium denique est, quia ad conveniens universalis Ecclesiae regimen requiritur ut non solum liber Pontifex exsistat, verum etiam ut talis ab omnibus censeatur. Nunc autem, vel amico foedere iunctum eum suppones cum principe in cuius territorio degeret, vel secus. Si hoc secundum supponis, non ea demum conditio erit, quae pro regulari haberi queat. Sin autem primum, semper suspicio saltem erit apud exteras gentes, Pontificem flecti in sua gubernandi ratione, iuxta intenta et fines particularis Status in quo suam sedem haberet, et cuius opera atque officiis, ipsa necessitate coactus, in omnibus uteretur. Et haec ratio, historice etiam confirmatur ex iis quae acciderunt tempore translationis S. Sedis in Avenionem, licet conditiones multum dispares fuerint ab eis quae nunc in considerationem veniunt: dispares autem dico, id est, longe longeque favorabiliores.

« liens, Hérules, Lombards, Français, tons étaient d'accord sur cc point.
« S. Grégoire disait déjà de son temps (l. 1, epist. 25 ad loan. episc.
« c. 6) : *Quiconque arrive à la place que j'occupe, est accablé par les af-*
« faires, au point de douter souvent s'il est prince ou pontife. Hoc in loco
« quisquis pastor dicitur, curis exterioribus graviter occupatur, ita ut
« saepe incertum sit utrum pastoris officium an terreni proceris agat. »
J. de Maistre, ubi supra.

Omnibus ergo modis efficitur, plenam illam independentiam quae necessaria est supremo capiti religionis *catholicae*, id est, tam iure quam facto per omnes gentes orbis terrarum diffusae, convenientem actuationem habere minime potuisse, nisi ope civilis illius principatus quem mirabili specialissimaque divinae Providentiae dispositione, a tot saeculis Romani Pontifices obtinuerunt (1).

Unde vides quod non dicimus nos, potestatem temporalem esse in Pontifice formaliter in quantum est vicarius Christi, aut esse de iure divino, quasi ex plenitudine potestatis spiritualis resultantem. Sed solum dicimus esse conditionem, per quam solam regulariter auferuntur impedimenta ad usum plenae immunitatis immediate acceptae a Deo, simul cum accepto munere gubernandi universalem Ecclesiam. Quae tamen conditio, cum humani ordinis esset, remanebat acquirenda dependentor a communibus causis seu titulis quibus omnia legitima politica dominia apud nos acquiri solent: ita scilicet, ut civilis principatus Romani Pontificis non altiorem ac caeteri, repeteret originem. Quamquam non sequitur, principatum hunc,

(1) Rationes supradictas sic récapitulât Cardinalis Pie, Operum tom. *i,* Homilia pro 21° anniversario suae consecrationis episcopalis: « La ro-« yauté pontificale est le bouclier de Ia liberté et de la dignité de « l'Eglise, attendu qu'elle place son chef eu dehors de toute dépendance « profane, de toute sujéction séculière, et qu'elle lui permet ainsi, dans « l'exercice de son suprême ministère spirituel, de tenir la balance de « la vérité et de la justice toujours égale au milieu des agitations po-« litiques de.la terre. » Nec valet si dicas quod a pluribus iam nunc annis Pontifex suo temporali dominio privatur, quin tamen hactenus libertate caruerit in regimine universalis Ecclesiae. Nam contra hoc est primo, quod conditio ad quam nunc redigitur, a nemine dicetur esse regularis. Secundo, quod libertas qua fruitur, semper est precaria. Tertio, quod etsi temporale dominium de facto in se cessaverit, adhuc tamen durat in quibusdam suis reliquiis, dum scilicet antiqua possessio principatus quadantenus protegit Pontificem, et quominus iure privatorum censeatur, usque nunc in causa est.

apostolicae Sedi semel acquisitum, adhuc debuisse subiacere iisdem vicissitudinibus, iisdemque mutationibus quae in aliis esse possunt. Nam ex quo Ecclesiae qua tali proprius effectus est, annexa ei fuit formalitas rei sacrae, ratione cuius, iam a parte ponitur, et elevatur supra communem ordinem regnorum huius mundi. Nec mirum hoc videri debet, nam analogum exemplum habes in proprietate ecclesiastica, quae quoad facultatem seu idoneitatem ad possidendum, iuris divini positivi est; quoad acquisitionem vero, subest communibus modis quos ius naturale vel ius gentium determinat, etsi post acquisitionem, exclusive subiaceat legi canonicae.

Et haec quidem de immunitate pontificia dicta sufficiant. Veniendum nunc est ad immunitatem inferiorum clericorum quae ab illa participat, sicut dignitas membrorum participat a dignitate capitis.

8 2.

Quod ordinatione et canonicis pariter sanctioni'' inis constitutum fuit ut clerici omnes ad Forum Ecclesiae exclusive pertinerent, essentque exempti al> obiigationibus legum quae ecclesiastico statui ac ministerio repugnant, necnon et a indicio ac coactione laicac potestatis, idque in quibusciinique causis ex sese ad Forum saeculare pertinentibus, tam civilibus quam criminalibus.

immunes esse clericorum personas a iurisdictione saeculari, indubitata apud catholicos veritas est. Indubitatum pariter, immunitatem hanc a iure civili nequaquam sumpsisse originem (1), et solum controversia est, utrum a iure divino ortum habere dicenda sit, vel ab ecclesiastico. Quamquam controversia in verbis potius reposita esse videatur. Omnes enim fa-

(1) Syllabus Pii IX, prop. 30. « Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a iure civili ortum habuit. »

cile convenient in hoc: originem esse a iure divino, saltem quoad generale exemptionis principium; a iure autem ecclesiastico, quoad particulares determinationes quae in sacris canonibus appositae inveniuntur, iuxta distinctionem quam in simili affert S. Thomas, 2-2, Q. 85, a. 1 ad 2um dicens: aliqua in communi esse de iure naturali, quorum determinationes sunt de iure positivo.

Certe, dicendum omnino est, ex Dei ordinatione esse, quod clerici sint privilégiât! respectu communium actionum et servitutum civilium quibus laici addicuntur. Eiusmodi enim exemptio necessario consequitur naturam status et ministerii eorum, quod et peculiarem libertatem a saecularibus negotiis exigit, peculiaremque regiminis modum quo debitae personis ac rebus sacris existimationi atque reverentiae consulatur. Unde et in veteri Lege, Levitae utpote assumpti in sortem Domini, privato et speciali prorsus iure regebantur, iuxta illud Num. VIII-13: (levitas) *oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, ut sint mei.... Quoniam dono donati mihi sunt a filiis Israel.... Sanctificam eos milii, tradidique eos dono Aaron, et filiis eius de medio populi, zit serviant mihi,* etc. Quae quanto magis in novo foedere applicationem habeant, vix opus est dicere. Bene ergo Suarez in defensione fidei, l. 4, c. 8: « Personae ecclesiasticae sunt speciali consecratione Deo « dicatae, et sacrae effectae; ergo ex iure naturae debetur eis « peculiaris reverentia ad religionem pertinens; ergo etiam « exemptio talium personarum a iugo saecularis potestatis est « quasi connaturalis, seu iure naturae debita statui talium per- « sonarum, praesertim quoad causas criminales et personales « earum. Sicut vas aureum et argenteum quod ex se posset li- « cite communi usui deservire, eo ipso quod consecratum est in « calicem, ex natura rei manet liberum et immune a tali usu, « nec potest sine sacrilegio ad illum transferri.... Sic ergo vi- « detur dicendum de persona quae Deo consecrata est, respectu « subiectionis ad tribunal saeculare. Quia non posset usus talis

« sublectionis non cedere in magnam irreverentiam talium « personarum et totius ecclesiastici status ».

Sed ius divinum naturale non dictat usque ad ultimas determinationes, ecclesiasticae immunitatis modum. Et ideo, eiusmodi determinationes debuerunt fieri per ius positivum. At non per ius civile, ut evidenter constat, cum sit materia ad finem spiritualem tota quanta ordinata. Ergo per ius ecclesiasticum sive canonicum, ut verum sit quod ait Tridentinum, Sess. XXV, cap. 20 : *Personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione et canonicis sanctionibus fuisse constitutam.* Quas sanctiones vide in Decretalibus, l. 2, **Iit.** 2, de foro competente ; l. 3, Tit. 49, de immunitate ecclesiarum., et alibi passim.

Porro immunitas substantialiter consistit in duobus. Primo quidem, in omnimoda exemptione ab onere legum quae personarum ecclesiasticarum conditioni repugnant, puta legum militiae et huiusmodi (1). Secundo, in exemptione a caeteris legibus civilibus, non quidem quoad vim obligatoriam seu directivam, sed tamen quoad coactivam : hoc sensu scilicet, quod clerici earum transgressores, non a civili magistratu, sed a solo suo indice ecclesiastico debeant indicari, cogi, ac puniri. Cuius quidem privilegii exemplum etiamnum perdurans conspicitur in militibus, qui in iis etiam delinquentes, quae praeter legem militarem sunt, ad militarem nihilominus iurisdictionem deferuntur. Et inde sumes valde idoneum argumentum ad defensionem immunitatis ecclesiasticae, quia si privilegium fori habitum est ut necessarium ad conveniens regimen exercitus, et ad conservationem militaris honoris, decoris, et disciplinae: quanto magis necessarium indicari

(1) Hinc propositio 32, in Syllabo damnata: «Absque ulla naturalis « iuris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, « qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur ; « hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maximo in socic- « tate ad formam liberioris regiminis constituta. »

debebit ad convenientem statum ac decorem ordinis sacerdotalis in spiritualibus ministeriis populo christiano praesidentis (1).

Hae sunt generales notiones de immunitate ecclesiasticarum personarum, et facile applicari possunt ad immunitatem tam bonorum quam locorum quae sunt divino cultui destinata. Reliqua ad materiam iuris canonici pertinent.

(1) Item damnata propositio 31 : « Ecclesiasticum forum pro tempo-
« ralibus clericorum causis sive civilibus sive criminalibus omnino de
« medio tollendum est, etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede. »

EPILOGUS

Commemorantur in Apocalypsi septem Asiae ecclesiae quibus loannes scribere iubetur, ut monita salutis eis transmittat. Porro septem illae ecclesiae figurant septem epochas sive aetates in statu Ecclesiae universalis ab ascensione Domini usque ad secundum eius adventum. Habent etiam mystica nomina, per quae singularum epocharum nota veluti characteristica prophetice designatur.

Prima est ecclesia Ephesi (II, 1-7). Ephesus autem graece impetum significat, sive principium exeundi et tendendi in terminum. Et congruit aetati apostolicae, cum post acceptum Spiritum Sanctum in impetu vehementi, apostoli profecti praedicaverunt ubique, Domino coopérante et sermonem confirmante sequentibus signis. Sed et eidem quoque aetati congruit epistola commonitoria, alludens ad pseudoapostolos de quibus frequens apud Paulum mentio, et ad sectam Nicolaitarum, quae ab uno e septem primis diaconis orta, prima impurae Gnosis origo fuit (1).

Secunda est ecclesia Smyrnae (II, 8-11). Est autem *S/ivQva,* idem ac myrrha, et signat aetatem in qua, propter acerbitatem persecutionum, maximasque tribulationum amaritudi-

(1) «Angelo Ephesi ecclesiae scribe: Scio opera tua et laborem..., et « tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, et non sunt, et invenisti eos « mendaces... Sed et hoc habes, quiri, odisti facta Nicolaitarum, quae et « ego odi, etc. ».

nes, implebatur illud, de Ecclesia ore prophetico dictum : « Manus meae stillaverunt myrrham et digiti mei pleni myrrha « probatissima ». Unde et angelo Smyrnae ecclesiae signanter dicit Spiritus: *Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut lentemini, et habebitis tribulationem diebus decem,* decem generales persecutiones non obscure significans.

Tertia est ecclesia Pergami (II, 12-17). Est autem Pergamus, civitas in litteris profanis famosa, ex qua originem simul et nomen traxit charta *pergamena.* Porro, cum chartam pergamenam audis, statim mentem subit cogitatio scriptionis librorum, et controversiarum quae calamo dirimuntur. Est ergo ecclesia Pergami, tertia aetas quae fuit SS. Patrum et doctorum, quando cessantibus cum Constantino persecutionibus cruentis, ecce a sède Satanae immissae magnae haereses, Arianorum, Manichaeorum, Pelagianorum, Nestorianorum, etc., et ex adverso a Deo suscitati pro defensione veritatis magni illi viri aeterna memoria digni, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, duo Cyrilli, aliique quam plurimi qui suis scriptis fidem catholicam maxime illustrarunt. Pecte ergo tertia aetas Pergamo significatur. Pecte monitum quod ad angelum huius ecclesiae dirigitur, ad eum dirigitur qui etsi de sua in fide constantia laudetur, adhuc tamen magnis periculis continenter est obnoxius, utpote qui habitet ubi sedes est Satanae, et haereticorum doctrinis undequaque circumveniatur (1).

Ecclesiae autem Pergami, quarto iam loco succedit Thyatira (II, 18-29). Atqui *Qvcluqoc ;* vel *0uavEiQoi* splendorem triumphi et solemnem pompam significat, a *0uag, Ovaàos,* quae vox primitus designavit ea quae pertinebant ad festa in honorem Bacchi celebrata, et exinde, ad significationem cuiusvis solemnitatis seu triumphalis incessus translata fuit. Est igitur

(1) « Et angelo Pergami ecclesiae scribe : Scio ubi habitas, ubi sedes «est Satanae, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam, etc. ».

ecclesia Thyatirae, quarta aetas in Carolo Magno initiata cum institutione sancti Romani imperii, cuius duratio millenario numero (ab anno 800 ad 1800) erat mensuranda. Et re quidem vera, sancti Romani imperii institutio sigillavit subordinationem temporalis civitatis ad spiritualem, fuitque coronidis instar organisation! socialis regni Domini nostri lesu Christi, de quo vaticinabatur Isaias: *Surge, illuminare lerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.... Suges lac gentium, et mamilla regum lactaberis, et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tutes, fortis lacob.* In hoc ergo solemnitas, in hoc splendor triumphi, cui etiam congruunt caetera ad epocham istam pertinentia (1). Quamquam nec desint alia in malo reposita, quoniam mysterium iniquitatis semper operatur, et quamdiu vita praesens agitur, triumphus non est nisi secundum quod convenit Ecclesiae adhuc super terram militanti. Unde sub typo lezabel praenuntiantur dira schismata et haereses civitatem Dei hac etiam aetate desolatura, utputa schisma Graecorum saeculo XI, haeresis Albigensium saeculo XIII, praesertim vero impietas Protestantium saeculo XVI, a quo potissimum tempore incipiunt declinare res christiani imperii, et sensim sine sensu praeparari aera Revolutionis.

Nunc itaque Thyatira desiit, et quinta successit ecclesia quae est in Sardis (III, 1-6). Sardes profecto, celebris illa Lydiae civitas in qua Cresus regnavit. Ingerit autem cogitationem abundantiae auri et argenti, affectus immersi in divitiis huius saeculi, luxus et prosperitatis cuiusdam materialis. Quare ea quae ad tempus huius ecclesiae spectant, in statu decliviori esse videntur. Undique apostasia, undique

(1) «Et angelo Thyatirae ecclesiae scribe: Novi opera tua et iideni, « et charitatein tuam, et ministerium, et opera tua novissima plura « prioribus, etc. ».

MICHAEL
collège

defectio, et dum plerique a religione recedunt, pauci sunt qui Christo fidem servant: *Pauca, inquit, nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua.* Et rursus: *Nomen habes quod vivas, et mortuus es!* Nomen quod vivas, nomen scientiae, nomen libertatis, nomen civilizationis, nomen progressus; et mortuus es, sedens in tenebris et umbra mortis, propter reiectum lumen vitae quod est Christus Dominus. Quapropter angelo huius ecclesiae dicitur : *Esto vigilans et confirma caetera quae moritura erant,* commendaturque ei quam maxime, ut invariabilité!- permaneat in his quae a sanctis apostolis tradita sunt, minime recedendo, altioris intelligentiae specie et nomine, a sensu illo quem tenuerunt Patres : *In mente ergo habe qualiter acceperis et audieris, et serva, et poenitentiam age.* Haec quidem, ad quintam aetatem quod attinet. Sed iam laetiora sunt ea quae sequuntur.

Etenim, post ecclesiam Sardis, sexta ventura est, quae est Philadelphiae (III, 7-13). Et quaecumque de ea referuntur, in bonis sunt reposita, praesertim propter eventum praecipui momenti, imo insignem et plane singularem inter omnia fata historiae ab initio usque in praesentem diem : id est, propter conversionem plenitudinis ludaeorum, et accessum eius ad ecclesiam gentium, ut ex duobus populis quos medius dividebat paries maceriae, unus tandem populus Christo serviens efficiatur, atque hoc modo lacob reconcilietur Esau, Isaac Ismaeli, quod quidem aliquando futurum annuntiabat Apostolus, Rom. XI, 25-32. Unde et vocata est ecclesia ista *Philadelphiae,* quod interpretatum dicitur amor fratrum, sive reconciliatio fratrum. *Et angelo Philadelphiae ecclesiae scribe.... Ecce dabo de synagoga Satanae, qui dicunt se ludaeos esse, et non stent, sed mentitintur ; ecce faciam illos ut veniant, et adorent ante pedes tuos, et scient quia ego diieæi te.* Et tunc etiam implebitur quod idem praedicebat Apostolus, Rom. XI-12 : « Si delictum eorum (ludaeorum nempe) divitiae sunt mundi, « quanto magis plenitudo eorum ! Si amissio eorum reconci-

« liatio est mundi. quae assumptio, nisi vita ex mortuis?» Exspectanda proinde pro tempore illo, mirabilis quaedam expansio vitae Christianae in toto mundo, et insignis victoria Christi et Ecclesiae de subacta Revolutione. Subactam tamen dico, potius quam destructam, ut quae novis intérim sese reficiet viribus, maiorique incensa furore accinget se sub Satana duce suo. ad supremam luctam, supremumque cum antagoniste Christo certamen. Ideo tandem admonetur angelus Philadelphiae ecclesiae, proximam esse horam tentationis, *quae ventura eat in orbem universum tentare habitantes in terra.*

Septima itaque, et ultima relinquitur ecclesia Laodiceae III, 14-22). Laodicea autem idem valet ac *Âaa>v biv.q,* id est, indicium populorum, suo nomine satis indicans tempus consummationis saeculi, adveniente Christo in nubibus coeli ad indicandum vivos et mortuos.

Haec sunt, amice lector, quae de septem Apocalypseos ecclesiis, seu septem Ecclesiae Christi aetatibus, haud improbabilia tibi forsitan videbuntur. Ex quibus etiam esset consequens, quintam nunc currere aetatem: aetatem dico defectionis, apostasiae et liberalismi, mediam inter Thyatiram et Philadelphiam, inter finem sancti Romani imperii et renovationem illam quam *resurrectioni ex mortuis,* Rom. XI-15, comparare non dubitavit Apostolus. Et utinam non a vero abludens haec nostra interpretatio! Spem enim afferret, inter praesentia mala quae patimur, utique tot et tanta, futurae restaurationis, et (sit venia verbo) contra-revolutionis.

Quidquid vero sit de valore exegetico expositionis propositae, et de applicatione eius ad tempora nostra, id saltem fidenter asserere licebit: Quoddam quasi praesagium iam ex nunc apparere melioris status rerum, in eo quod qui hodie in scientiis seu politicis seu oeconomicis principatum tenent, de die in diem magis ac magis agnoscunt, et sine difficultate confitentur, quam nefastum fuerit opus Revolutionis, quam mortiferi sint fructus libertatis: libertatis, inquam, *liberalis*

seu libertinae, libertatis contractus socialis, libertatis ideologorum anni millesimi septingentesimi octogesimi noni. Qui utique non dubitaverant proclamare, unicam publicorum malorum et corruptionis guberniorum causam esse ignorantiam aut contemptum iurium hominis, quorum primum dicebant esse libertatem cum necessario aequalitatis et fraternitatis comitatu (1). O levitas! O fatuitas! O insipientia! Et certe, libertas eorum desiit in despotismum, omni barbarie peiorem, praepotentium supra debiles ; aequalitas, in multitudinem semper crescentem proletariorum ex una parte, et oligarchiam semper magis praevalentem millionariorum ex altera : fraternitas demum, in fermenta ubique sparsa intestinarum divisionum, et inexpiabilis odii classium contra classes (2). Neque haec iam latent electa quaeque huius nostri temporis ingenia.

Equidem plures ex eis sunt, qui adhuc consistunt in superficie, essentialem characterem Revolutionis, qui satanicus

(1) « Les représentants du peuple constitués eu assemblée nationale, « considérant que F ignorance, l'oubli ou le mépris des droits de l'homme « sont les seules causes des malheurs publics et de la corruption des « gouvernements, ont résolu d'exposer dans une déclaration solennelle, « les droits naturels, inaliénables et sacrés de l'homme.,.. Article 1er. « Les hommes naissent et demeurent libres et égaux en droits, etc. etc. » (Déclaration des droits de l'homme de 1789).

(2) « Que signifient dans la vie économique la liberté du travail, la « liberté du commerce, la liberté de la propriété, si ce n'est la facilité « au déchaînement de toutes les cupidités contre toutes les faiblesses, « ou, selon le mot d'un publiciste, la liberté dont on jouit dans les «bois?... Et qu'a-t-on gagné à toutes ccs belles théories? Les esprits « n'ont jamais été plus inquiets, les peuples plus mécontents, toutes les « conditions plus précaires. Est-ce la liberté politique que l'on a con- « quiso? Une moitié des citoyens s'acharne contre tout ce qui est ré- « clamé comme un droit par l'autre moitié. Est-ce l'égalité? Jamais il « n'y eut autant de prolétaires ni d'aussi gros millionnaires. Est-ce la « fraternité? Jamais il n'y eut tant d'egoïsme, tant de divisions, tant « de ferments de guerre sociale, etc. » **De La-Tour-du-Pin,** *Vers un ordre social chrétien,* III, § 1.

est, nondum perspicientes. Sed sunt et alii qui altius repetunt principium, et probe intelligunt, *quaestionem religiosam substerni caeteris omnibus quae nunc agitantur;* plagam liberalismi politici atque oeconomici natam esse ex libéralisme atheo et anticliristiano de quo supra diximus; denique ordinem socialem omnino firmari et stabiliri non posse, nisi resumpta ab Ecclesia socialium rerum directione. Sperandum igitur fore ut, divina opitulante gratia, haec semina ad maturitatem veniant, ut haec principia theoretice agnita in restaurationis fundamenta transeant. Quam nos restaurationem totis votis cordium appellamus, scientes quoniam sub legislatione pagana sub qua nunc vivimus, individui christiani adhuc esse possunt, societas vere christiana esse non potest. In hoc ergo quaerimus omnino regnum Dei et iustitiam eius, quamquam caetera adiicienda non respuamus, nec nos lateat, de salubri quoque Ecclesiae influxu accipi posse quod de pietate scriptum est: ad omnia eam utilem esse, promissionemque habere vitae quae nunc est, et futurae.

PARS TERTIA

TRACTATUS DE ECCLESIA CHRISTI

DE HABITUDINE ECCLESIAE AD CIVILEM SOCIETATEM

Prooemium ..... **Pag. 5-18**

Quaestio XVII. — De errore liberalismi et variis eins formis. 19

Divisio Quaestionis..... 19-20

Art . 1. — *De fundamentali principio liberalismi, et multiplicibus applicationibus eius* . . 21

§ 1. Quod fundamentale liberalismi principium est in se absurdum, et contra naturam, et chimaericum.....22-30

§ 2. Quod principium liberalismi in suis applicationibus ad res humanas, secum fert disgregationem et dissolutionem omnium socialium organorum, ubique inducens *luctam pro vita,* loco *concordiae pro vita*, quae sola lex vitae est. Et quod exstinguit omnes libertates renies, per constitutionem Status despotici, absoluti, irresponsabilis, omnivori, cui nullus in arbitrio et praepotentia limes..... 30-38

§ 3. Quod principium liberalismi est essentialiter antireligiosum, cornua independentiae directe erigens adversus Deum. Et quod ad finem tollendi de mundo Dei cultum, Dei religionem, Dei legem, imo et notionem.

omnia quaecumque sub fallaci praetextu libertatis, in ordine seu politico seu oeconomico seu domestico attentavit, reipsa diriguntur 38-43

Art . 2. — *De variis formis Uberalismi in re religiosa* 44

§ 1. Quod prima forma liberalismi convertitur cum matérialisme et atheismo 44-48

§ 2. Quod libéralisions moderatus, sin minus ad formalem atheismum, at certe ad manichaeismum reducitur 48-54

3. Quod libéralisions qui dicitur *catholicorum liberalium* omnem classificationem fugit, et unam solani distinctivam atque characteristicam notam habet, quae est nota perfectae et absolutae incohaerentiae . . 55 63

Quaestio XVIII. — De subordinatione indirecta Status ad Ecclesiam 64

Status Quaestionis 64-66

§ 1. Quod supremum bonum ad quod per *intentionem operantis,* omnes actus humani sunt ultimo referendi, est unum bonum, unusque finis bcatitudinis aeternae. Et quod, loquendo de quibuscumque actionibus rectis in honesto usu quarumcumque rerum, prout debitae ac sanctae intentionis imperio subsunt, non est locus distinctioni inter *directe* vel *indirecte tantum* fini ultimo subordinatas, quia omnes sunt *media directa*› per quas ascensiones in corde ponuntur, et itur de virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion 67-72

§ 2. Quod si nunc abstractio fiat *a fine operantis,* ut solus *finis operis* consideretur, sic sunt fines duo, et duo mediorum ordines: hinc bonum salutis aeternae ad quod referuntur media quae dicuntur spiritualia, il-

line bonum vitae praesentis ad quod referuntur ea quae temporalia. Et quod inter duos istos fines subordinatio directa non est, sed tamen indirecta : quatenus bonum temporale sic est sub spirituali, ut debeat non modo ei non obesse, verum etiam ei inservire tamquam removens impedimenta, et subministrans conditiones sub quibus libera esse possit atque expedita eius prosecutio. . . 72-76

§ 3. Quod eodem modo "debent subordinari potestates, quo modo subordinantur fines ad quorum providentiam potestates sunt constitutae. Et quod naturae rerum consentaneum est ut potestas temporalis subsit spirituali, non quidem per respectum ad proprium suum temporalem finem, sed per respectum ad spiritualem, pro quanto scilicet, nec plus nec minus, intéresse finis spiritualis in temporalibus implicatur, et conveniens eius promotio in animis hominum, de armis etiam quae saeculari societati propria sunt, requirit adiutorium 76-79

§ 4. Quod Ecclesia non accepit a Christo potestatem ullam temporalem sive politicam. Et quod directam in saecularia iurisdictionem ipsa sibi nunquam vindicavit . . . 79-82

§ 5. Quod Ecclesia accepit a Christo plenam auctoritatem super baptizatos in ordine ad finem salutis aeternae. Et quod idcirco, in societatibus Christianorum potestas saecularis iure' divino indirecte subest jurisdictioni ecclesiasticae.....83-88

Quaestio XIX. — De his quae ad suhordinaiionem consequuntur 89

Divisio Quaestionis..... ibici.

Aut . 1. — *De officiis Status erga Deum ct Ecclesiam*.....ibid.

Praenotanda 81-91
§ 1. Quod Status officium habet profitendi religionem 91-96
§ 2. Quod Status officium habet protegendi ac defendendi Ecclesiam 96-101
§ 3. Quod Status habet officium prohibendi falsos cultus, nisi vera urgeat tolerantiae necessitas 101-113
§ 4. Quod recte ad protegendam religionem, et ad coercendos eius perturbatores, vis materialis adhibetur. Et quod eiusmodi officium regulariter ad Statum pertinet, cui proptcrea in Christianis societatibus, *brachii saecularis* nomen iure meritoque inditum est. 114-125
Art . 2. — *De concordatis* 126
Praenotanda 126-127
1. Quod spectata materia concordatorum, dicendum est ea constare concessionibus privilegiorum ex parte Ecclesiae seu Pontificis, sponsione vero adimplendorum officiorum aliunde iam debitorum ex parte Status seu Principis. Et quod haec assertio quae est omnium canonistarum, nondum praeiudicat quaestionem aliam inter recentiores agitatam : sintne concordata, pura et nuda privilegia, an potius pacta synallagmatica, ex iustitia utramque partem obligantia 128-132
§ 2. Quod concordata sunt contractus bilaterales, seu conventiones quarum ultro et citro constat obligatio : cniusmodi eae plane sunt quae inter civitates contrahi consueverunt. 132-143
Quaestio XX. — De immunitate ecclesiastica 114
Praenotanda 144-145
§ 1. Quod Summus Pontifex de iure divino habet plenam et absolutam ab omni jurisdictione saeculari exemptionem. Et quod

haec exemptio convenienti et regulari modo actuali non potuit, praesertim post Romani imperii dislocationem, eiusdemque in multa regna divisionem, nisi mediante civili principatu quo ab antiquo, providente Deo, Sedes apostolica potita est 146152

§ 2. Quod Dei ordinatione et canonicis pariter sanctionibus constitutum fuit ut clerici omnes ad forum Ecclesiae exclusive pertinerent, essentque exempti ab obligationibus legum quae ecclesiastico statui ac ministerio repugnant, necnon et a indicio ac coactione laicae potestatis, idque in quibuscumque causis ex sese ad forum saeculare pertinentibus, tam civilibus quam criminalibus. . 152-155

Epilogus..... 156

Facultatem concedimus ut opus, cui titulus *Tractatus de Ecclesia Christi,* (Tomus 2as) *dc habitudine Ecclesiae ad civilem Societatem,* a P. Ludovico Billot 8. I. conscriptum, typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

Romae, die 25 Januario 1910.

Augustus Spinetti 8. I.
Praepositus Provinciae Pomanae.

(L. 8.)

IMPRIMATUR

Fr. Albelitus Lepidi , Ord. Praed., 8. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Joseph Ceppételli , Patr. Constant., Vicesgerens.

IMPRIMATUR

Prati, die 28 Januarii 1910. Can. Aemidius Lumini , Vic. Gcn.